deret incōgruū et iniquū vlt oportz cōcedere qd  
omnibus aliis eodemō se habētibus volūtas pōt  
se ad vtrūq oppositorj detiare. imo qd plus ē  
si nō esset ita: videret sequi qd omīa de neces  
sitate euenirēt. qd nullavideat esse potētia que  
cetis oibus eodē se habētibus vlt exnibus possit  
in actus oppositos trāsire: qd volūtas. iō ex rezy  
pexntia oēs potētie necessitarēt ad trāsire  
in illos actus in quos trāsiret qd non videt bo  
nū cōcedere s3 etiā opponi sētētie Añ. in libro  
periarmenias. et in sexto methaphysice. Huic  
opiniōi cōcordat pariliens articulo dices qd vo  
lūtatē exnē in tñ dispōne in q nata est moue  
ri: et mouēte sic disposito qd uatum est mouere:

impossibile est volūtatē nō velle. error. Itē  
q appetitus cessantibus impedimentis nccio  
mouet ab appetibili error est de intellectu

Cōtra tñ hāc opiniōne fortiter arguit qd a  
gēte sufficiēt apppximato passo sufficiēt di  
spolito et in illa dispositiōe sufficiēt in q alte  
rū innatū est agē et alterj pati: oportet qd fiat  
actio quā hoc est innatū agē et illud pati. s3 si  
rebus stātibus vt nūc stāt ego sine alio de  
terminatē possū velle agē: tūc oīa posita sūt  
reqsita ad hūc actū qui ē velle legē. et nccio po  
net velle legē. Respondet qd maior est vera de  
agēte naturali: nō de volūtaris. Sed ptra quia  
motor celi est motor voluntarius. et tñ pñter  
arguit Añ. octavo phicoꝝ qd ille nccio mo  
uet celū eterno moto. et possū rōes eius ad i  
stā intentionē adduci et applicari. qd si oibus  
stātibus vt nūc stāt. nō puenit actus volendi  
ab ipa voluntate. oportet aliquā eē cām getis  
opposite illi actui. quā oportet remoueri an ad  
uētū illius actus et sic oportebit volūtatē mu  
tari pūc. ex quo res ille ponit eodē mō manē  
et se hēre et de illa mutatiōe reiterabo rōem. qd  
rebus stātibus vt nūc vel volūtas mutaf illa  
mutatiōe pūa vel nō. si nō. tñ erit aliq causa  
getis opposite illi mutatiōi. quā oportebat re  
moueri p illā mutatiōem et sic in infinitū. Si vo  
mutaf illa mutatiōe. quero tūc vtrū de nccita  
te sequat actus volēdi. vel nō. si sic. adhuc ha  
bet ppositū. si nō: adhuc erit aliq cā getis op  
posite illi actui volēdi quā oportebit p aliam  
mutatiōem remoueri: et sic in infinitū qd est icō  
ueniēs. Itē sicut Añ. dicit i eodē octavo ne  
cessē ē in his que sūt ad aliqd hic accidē vt si  
qd nō est duplū in duplū mutari accidat. si nō  
vtrūq alterj volūtatē aut velle et ipam nō vel  
le est ipam alit et aliter se hēre ad obiectū. ergo  
oportet alterj mutari. Si concedas volūtatē  
mutari anteq de nō velle trāseat in velle. et si  
illā mutatiōem dicas esse ipam delectationē  
volūtatē. Cōtra. quia reiterabo rōes de de  
terminari et nō detmari. sicut arguebā de vel  
le et nō velle. Itē sequet qd idē respectu eius  
de eēt agēs et passū. mouēs et motū. pñs est fal  
sū. qd et aīs. falsitas pñtis pōt declarari sicut de  
clarabat in 2º huius in illa questiōe vtrū vtrū  
generet in nobis ex opatiōibus. pñā pbat. qd  
conceditur qd actus volendi reperitur in ipsa  
voluntate. et ita voluntas se habet passiuē ad  
ipm. s3 etiā hēret se ad ipz actiue. qd detmiare  
ad actionem ad quā passiuum p rationem sue

passiuitatis est indifferens coagere vel recipere ad vix actiua. Ipsa autem voluntas primitus est indifferens ad oppositas actiones igitur si se ipsam ad alteram determinet oportebit quod sit passiva in quantum recipit. et in quantum est indifferens. et quod sit actiua in quantum determinat illam indifferetiam. Et iterum secundum illam positionem omnia alia a voluntate non sufficiunt ad producendum actum volendi adhuc sufficienter approximata ipsi voluntati sicut ponit illa positio. ergo vel ille actus volendi nunquam producet vel producet sine sufficiente actiua. quod videtur impossibile. quo posito in esse sequitur impossibile. Sed iterum posito quod omnibus eodem modo statibus possit voluntas in oppositos actus ut in velle et nolle. dicatur quod res sic statibus per unam diem. voluntas erit in potentia ut in quolibet instanti illius diei determinet se ad quolibet illorum actuum. ergo possibile est ut in instanti velit. et possibile est pariter quod in eodem instanti nolit. his ergo positis ineffe. vellet et nollet simul. quod est impossibile. Item Aristoteles et commentator primo celi et mundi et in nono metaphysice capitulo illo. sunt autem alii ut megalici videtur expresse velle quod nullus est corruptibile quod non corrumpetur. et quod nullum generabile quod non generabitur. ad quod probandum talem adducit rationem. quia aliter non esset impossibile contradictoria simul verificari. Nam possibile posito in esse nullum sequitur impossibile. quod ergo possibile est generari pono quod generabitur. tunc arguitur sic. possibile generari non generabitur. si cut procedit ab aduersario. sed illud possibile generari generabitur per positionem possibilem in esse sequitur quod hoc quod generabitur non generabitur. quod est de eodem predictoria simul verificari. hec ergo ratio Aristoteles et primus commentatoris fiet ad oppositum. si voluntas potest velle et nolle idem ceteris eodem modo stantibus: et potest sic determinare ad nolle ponamus quod totaliter se poterat velle. et ita actus volendi cum sit generabilis nunquam generabitur: quod etiam ratio predicta reprobatur propter quas rationes multi fuerunt coacti dicere quod omnia futura de necessitate euenirent. sic quod omnis effectus nouus ex aliarum preexistentia rerum necessitatur. ut quoniam euenit eueniat. et quoniam non. et quod contingencia sunt solum attendenda ex hoc quod passiva principia sunt in potentia ut in diuersis temporibus diuersos effectus recipiant secundum aliterationes necessarias agentium. vel etiam ex eo quod alii

agentia approximata sunt possibilia agere cum aliis agentibus et non agere sine illis in tali materia sibi approximata et non in illa sibi non approximata que quidem approximationes vel non approximationes suis diuersis temporibus eueniunt secundum presentiam rerum generationem vel exigentiam. Et forte quod hac opinionem videtur sentire verba commentatoris secundum philosophorum commentum vicesimo quarto dicentis. Et dicitur quod potentia ad esse est equalis potentie ad non esse intendimus quod duo contraria inueniuntur in ea in temporibus equaliter equalibus oppositis: ut pluiam esse et non esse equaliter sed hoc in yeme et hoc in estate et causarum alternatio agentium hec duo contingunt equaliter in temporibus equalibus sunt necessaria. Et in eodem commentum videtur commentator sua dicta communit intelligere de actione et passione tam amicum quam etiam non amicum sicut patet inspicienti. hoc etiam videtur Aristoteles octavo physicorum dicens de potentis que sunt contrariis. hec autem non penitus possibilia: sed sic se habentia et proxima aliter ceterum cum approximatione alterum mouet. aliter mouet. et cum sint ut sit hoc quidem motum hoc autem mobile. si ergo non semper mouebatur: manifestum est quod non se habebat sic possibilia. hoc quidem mouet hoc autem moueri sed oportebat mutari aliter illorum. Et omnino videtur Aristoteles et commentator octavo physicorum laborare ad ostendendum quod siue voluntas siue quodcumque aliud post gete non possit mouere aut moueri nisi alio motu procedente: per quem motum aliquo modo mouens mouet aut mobile aut utrumque aut aliquid requisitum ad illum motum qui erit post gete. propter quod videtur esse de intentione illorum. si omnibus statibus ut nunc sunt voluntas non mouet ad velle: quod sic ipsi existentibus nunquam ipsa potest imitari ad velle et ipsi sic opinantes dicunt sic soluendas esse rationes ad oppositum adductas. Ad primam dicunt quod experientia videtur esse talis quod imutationes voluntatis ab obiectis suis quibus ipsa necessitatur ad velle aut nolle non sunt nobis manifeste. sed si essent nobis manifeste. nos experiremur quod ipsa voluntas in omni actu suo determinatur ab alio. Ad aliam dicunt quod libertas non dicitur penes posse in actus oppositos: quia sic deus secundum Aristoteles non esset liber: sed penes hoc quod est posse operari gratia sui voluntas aut gratia sui vult sed ex eo quod obiectum est sibi bonum et conueniens. Ad aliam de dominio dicunt per idem. Ad aliam dicunt quod actiones bone et male non sunt laudabiles vel vituperabiles meritorie vel demeritorie propter voluntatem posse se ceteris eodem modo statibus ad utrumque oppositorum determinare: sed se ipsis sunt laudabi-

les aut vituperabiles. unde actiones dei et intelligentiarum que sunt summe necesse secundum Aristoteles sunt meliores et neciores et laudabiliores omni nostra actione. Sed procul dubio hec opinio est grauis et piculosa valde: et in fide et in moribus nec esse videtur de intentione philosophi: cum ipse dicat quod operationem a principio usque ad finem dominum summi habitum aut principium. et ante dixerat. in quibus enim in nobis operari et non operari: et in quibus non. Et etiam dicit post. que admittuntur neque dimittuntur lapide ad huc ipsum possibile resumere: sed tamen in ipso mittere et proicere. principium enim in ipso. sic autem in iusto et in continente ex principio quidem inerat tales non fieri. dicit etiam quod ebriis duplices debent increpationes principium enim in ipso. dominus est enim eius quod non inebriari. vult ergo manifeste quod tunc quando potauit dominus erat non solum eius quod est potare. sed etiam eius quod est non potare et non inebriari. Et ideo simpliciter et firmiter credere volo fide vna cum aliqua experientia ex actibus sanctorum et philosophorum huic credulitati concordantibus et firmiter adherentibus quod voluntas ceteris omnibus eodem modo se habentibus potest in actus oppositos. sicut dicebat philosophus. et nullus debet de via communi recedere propter rationes sibi insolubiles specialiter in his que fide tangere possunt aut mores. qui enim credit omnia scire et in nulla opinionum suarum decipi fatuus est. De festuca enim tibi sensibiliter presertata formabunt ceterum rationes vel questiones de quibus contrarie sapientissimi doctores opinabuntur. propter quod in qualibet harum deceptus erit aliter ipso. vel ab eo. ideo non miror si in hac altissima materia non possit per rationes et solutiones satisfacere mihi ipsi Expediit tamen ut consideremus qualiter possint rationes ad oppositum aliquam enitari. saltem quod in hoc videantur dicta aliorum: ut hec sit occasio considerandi ad inueniendum veritatem. cum dicit Aristoteles. dubitare de singulis non erit inutile. Ad primam ergo rationem alius opinionis dicendum est quod maior est intelligenda de agente voluntario hec enim est propria agentis voluntarii et non voluntarii. quia agens voluntarium potest se libere ad utrumque oppositorum determinare ceteris omnibus eodem modo se habentibus. Ista est enim proprietas naturalis agentis voluntarii sicut posse ridere hominis. propter quod aliqui male arguunt volentes hanc veritatem inferre per inductionem in alios agentibus. et dicentes quod solutio non est conueniens que contra inductionem dat instantiam in proposito solum. nam si hoc esset verum posset probari quod homo non esset risibilis

per inductionem in alios animalibus omnibus. dicens est ergo quod inductio in aliquibus non concludit in aliis: nisi illa appareat eiusdem rationis illis in quibus inductum est saltem in ordine ad predicatum respectu cuius facta est inductio. Sed quoniam dicitur quod propter talem rationem arguebat Aristoteles octavo philosophorum motum esse eternum licet sciret motorem esse agentem voluntarium. dicendum quod licet ratio illa neque hic neque illic verum concludat: tamen maioris erat illic apparentie quam hic. quoniam potest dici quod voluntas nostra mutabilis est. potest enim in se nouum actum volendi aut nolendi recipere a se distinctum. quod de primo motore qui est deus dici non potest. quando ergo dicitur si voluntas modo non vult. oportet aliquam esse causam quietis siue priuationis opposite volitioni: potest dici quod illud non est necessarium. cum illa priuatio non sit aliqua res tamen quia loco non volitionis potest capi actus volendi positius contrarius volitioni: Et quia videtur quod si priuatio non exigit positium esse: tamen videtur exigere remotionem cause habitus. Ideo potest aliter respondere. quod voluntas est causa ipsius actus vel illius volitionis. et quoniam dicitur oportet igitur illam causam remoueri ad hoc quod velit: dico quod hoc esse verum ubi contrariis essent contrarie cause. sed ubi idem est causa libere potes in utrumque contrariis illud non est verum. sic autem est de voluntate nostra licet Aristoteles non concederet ita esse de voluntate primi motoris eo quod esse immutabilis. Ad aliam cum dicitur quod oportet aliquid mutari volo. ideo concedo quod voluntas nostra mutat quia vult et ante non volebat. nego igitur quod voluntas necessario mouet antequam transeat in velle. imo in transeundo mutat ex eo solum quod vult et ante non volebat. ita quod non imaginor quod in hac voluntatis mutatione oporteat aliquam rem nouam occurrere quam ipsam volitionem esse que ante non erat. Ad aliam forte dicitur post quod licet voluntas eadem existens agat in se: tamen non omnino secundum idem agit et patitur. propter quod hoc non est impossibile. de his magis videbitur infra. Ad aliam dicendum est quod utrumque est possibile ipsi voluntati scilicet: velle et nolle. sed tamen impossibilia. Potest ergo voluntas in quolibet seorsum ab altero exire. vel etiam quolibet instanti seu quolibet hora: sed non potest exire in utrumque simul. Unde illa propositio voluntas potest simul velle et nolle est duplex. Nam si simul diceret ista duo verba velle et nolle propositum est



falsa. sed si deficiet li pot: ppositio est vera. siml eni est in potetia vt velit et vt nolit. Ad aliam per ide dicendū est qd cū de aliquo corruptibili aut generabili positū fuerit qd nūq generabit vel qd nūq corrupet: illa suppositione stāte: propō dicens qd ipsū generabit vel qd ipsū corrupet. est ppositio impossibilis. qm licet ipsa non sit scdm se impossibilis tñ ipsa est alti illi incōpossibilis. Concedo tamen qd si matia esset ppetua sicut ponit A. n. pmo celi et mudi rōes A. n. ibidez si cōuenient exponant nccio cōcluderent qd tū esset ex cōmuni cursu nature qd omne corruptibile materiale corrupet: et de generabile materiale generabit loquendo de eo qd est generabile et corruptibile subiectiue intelligendo non de subiecto ppinquo sed reōto. Similit̄ hoc est dicto modo necessariū de eo qd est generabile et corruptibile tminatiue loqndo scdm speciē. licz non scdm indiuiduū hoc eni cōcludūt rōnes A. n. pmo celi qd quō sit non est locus hic differendi. vtrū aut supnaturalit̄ corruptibile pot ppetuari virtute liberi agentis: nec ille rōnes A. n. dicunt nec cōtradi cūt. Ad aliam rōem in pncipio questionis adductā dicendū est qd voluntas si sit indrās imo etiā si obiectum qd est ex parte sua sit inatū fortius inclinare ad vnā partē qd ad aliā pot se dēterminare ad partē oppositā. qm aut dicit qd A. n. et cōmentator similit̄ arguebant. dicendū est qd non qd arguebāt in agentibus naturalibus et non in volūtariis. Et hē de questione dicta sufficiāt.

Secundo queritur: Vtrum voluntas sit actiua illorū actū oppositorū in qd rū vtrūq ipsa pot libere cētis eodemō se habētibus iuxta dēterminata in alia qstione?

Arguit qd non. qd illi actus sūt actus volēdi et nolēdi ad quos voluntas se habet passiue. sed ide non est eiusdē actus actiui et passiuū. igit̄. maior videt cōcessa cōmunit. mior pbat qbusdā rationibus tactis in tertia qstione secūdi libri. Actiui enim agit in qd in actu et passiuū patit in qd in potetia. et idem non est respectu eiusdē in actu et potentia.

Item passiuū mouet ab actiui. et idez non mouet a se ipsō vt ptz septimo et octauo phyfici corū. et vide si vis rōnes que ibidē cōmunit ponūt. Tercio ad idem possunt adduci rōnes adducte in eadē questione versus finē. scilz qd licz non sit possibile idem subiecto diuersū dēfinitione fm vnā eius partē agere et scōz aliā

pati: tñ nūq visus est A. n. dicere qd ide subiecto et dēfinitione scdm idem ageret et pateret per se: vel moueret et moueret. ideo dicit nōno methaphysice qd in qd simul natū est nihil patit a se ipso. Et iterū si volūtas possz se ipsā mouere ad actū volēdi et nolēdi: ipsa non indigeret obiecto ad volendum. quod falsum est.

Item actus volēdi aut nolēdi est actiue ab obiecto ideo dicit̄ tercio de anima: mouens qdē duplex est: aliud quidē immobile aliud qdē quod mouet. est aut immobile quod mouens actuale bonū et quod mouet appetituum. mouet eniz qd appetit scdm qd appetit et ide habet in libro de motibus animalū. ergo nulla videt necessitas ponere qd volūtas sit istorū nisi passiuā. Item si eadē potentia posset sui actus esse passiuā et actiua: nō indigeremus intellectu agente pte intellectu possibile. possemus eniz dicere qd actus intelligēdi sufficient̄ elicēt ab intellectu possibile vna cuz obiecto. Item mouens est nobilius moto et agens passo. idem aut est nobilius semet ipso.

Item actiui et passiuū sunt pme differētie diuīsiue potentie ideo nō pnt simul inesse eidē respectu eiusdē. Itē cōmunit allegat̄ ex scōo phyficiorū qd materia et efficiens nō coincidūt et cetera. Oppositū arguit̄. qd si volūtas nō esset actiua illorū actū scz volēdi et nolēdi tunc isti actus non essent actiones plus immanentes qd secare et vrere. qd non manerēt nisi in suis passiuis et non in suis actiuis. sicut ne qd secare neq vrere. Itē cōmunit dicit̄ qd in intellectus et voluntas elicunt actus suos. elicē aut est agere. Itē forme est agere. volūtas aut qdā forma est vel potentia forme ideo rē. Credo qd volūtas sit actiua illorū actū quorū nos pmo domini sumus et qd ceteris omnibus eodē mō se hntibus nos possum⁹ in vtrūq oppositorū. qm nra videt potetia aie qd sit magis libera et magis dña suorū actū libtate et dominio cōtradictōis: scz qbus possum⁹ in oppositū qd voluntas. scz libertas et dominiū magis videtur attribuenda agenti qd patiēti. Ad istaz rōem respondēt aliq qd libertas volūtatis non attendit̄ in agendo volitionem quia necessariō agit eam: nec in recipiendo scz in patiēdo ab obicō qd necessario patit̄ ab eo. Sed attendit̄ in posse mouere alias potētias ad pstanti dū vel subtrahendū obiectū vel illud ad quod seqt̄ ipsius obiecti actus volēdi vel nolēdi positio vel subtractio. Sed hec non videt bona re

spōso: pmo qd actus volēdi et nolēdi videt̄ eē pncipaliores actus volūtatis qd actus mouēdi alias potētias. eo qd illi sūt imperates, illi vero imperati. volūtas eni mouet alias potētias qd vult eas mouere ppter qd videt qd actus volēdi et nolēdi sūt magis liberi qd actus mouēdi alias potētias. et ppter hoc etiā pctā sūt magis formaliter et pns et pncipali⁹ ex difformitate actū volēdi et nolēdi qd actū mouēdi alias potētias ad opus. vñ Seneca ep̄la ad serenum dicit oia scelēa eorū an effectū opis qd culpe satis est pfecta sūt. Dicta aut̄ respoio p trariuz ponit. stat ergo rō p cōclusiōe. Itē de dicta positio magis deficit. qd scōz eā seqtur qd oēs actus nostri eēt necessariū. qd ē ptra p dēterminata. pbat pna. qd si volūtas nō vult mouere aliquā aliā potētia. seqtur nccio qd ipsa nō mouet eā. et si ipsa vult eā mouere: seqtur nccio qd mouet eā si possit. et si non. seqtur nccio qd non mouet. ergo si pntē obiecto velle aut nolle sint accia. seqtur qd oia alia seqntia erunt necessaria. Et ista rō magis declarat̄ exemplificando sic pma pntatio obiecti ipsi voluntati nō est i dominio ipsius volūtatis qd pcedit oēm actū ipsius voluntatis. si ergo ad huiusmodi pntationē seqnatur necessario velle: tunc et ipm velle nō erit in dominio ipsius volūtatis: ita scz qd tūc possit et velle et nō velle. Sed tu dices volūtas potest libere mouere itellcō ad subthēdū obiectū. Cōtra qd volūtas nō potest sic mouē itellcō nisi velit ipz sic mouere: et si ipsa vult sic mouere eū. seqtur necessario ipam sic mouē eū. scz nō est i dominio volūtatis qd ipsa velit aut nō velit sic mouere itellcō. qm p aduersariū si obiectū huius volitionis est pns ipsi voluntati sub ratione volibilis ipsa necessario vult. et si nō sit pns ipsa non potest velle ergo nec est i dominio voluntatis sic mouē itellcō vel non mouere. Itē potest sic argui ad ostēdēdū qd secundū datā respoioez ex pntiali existētia rerū necessario seqt̄ur: inuitabiliter omnia que euenient quoniaz si obiectum est presēs nunc: ipsa necessario vult nunc. et si ipsum non ē presēs nunc: tunc ipsa nō potest velle nunc. Si autē ipsa vult: tunc querō de subtractione obiecti vel eius retētiōe quoniaz hoc quod est itellcō subtrahere obiectū vel est presētatum voluntati sub ratione volibilis vel non: si non. non potest velle nunc subtrahere et p consequens non potest mouere nūc ad subtrahēdū: si autē sit sibi pre-

sentatū sub ratione volibilis. seqtur p aduersariū qd ipsa vult necessario mouē itellcō ad subtrahēdū: aut ergo ipsa potest eū sic mouē vel non. Si nō potest: seqtur nccio qd non mouebit. Si potest: et cū hoc vult. seqtur nccio qd mouebit. et ita potest argui de retētiōe obiecti et de omni actu modo eodē modo arguetur contra quoscūq qui dicent qd obiectū vt itellcō aut actus intelligēdi vel spēs obiecti existēs in intellectu aut in voluntate aut itellcō informatus itellcōne aut spēs itelligibili. mouerent necessario voluntatē ad volēdū. Ideo tales opinioniones dimittant̄. Item ad pncipale arguit̄ sic mala actio magis imputanda esse videt̄ agētis: qd patiēti. scz mala actio imputat̄ nō obiecto scz nobis. ex eo qd dñi eramus ipsius et opposite actionis: ergo illarū actiōnū nos actiui sumus fm illā potētia fm quā libere poteramus sic et aliter opari. hec aut̄ potentia videt̄ eē voluntas igit̄. Ad hoc respo dent aliqui qd voluntas nō ex eo est dña sui actus qd sit actiua ipsius: scz qd in eius potestate est imitari ab obiecto sibi presentato et nō imitari. et ob hoc mala actio sibi imputatur et non obiecto. quia obiectum necessitate naturali (si in voluntate non steterit) immutat. Sed hec respoio non videtur valere. Primo quia si obiectū naturali necessitate immutat. et in dominio voluntatis est immutari et non immutari: tunc sequitur qd voluntas potest resistere actioni seu impetui obiecti. et qd ipsa se ipsa potest se dēterminare ad hoc qd immutet vel non immutetur. scz resistere et dēterminare videntur ad actiuam potentiam pertinē propter quod voluerunt Aristoteles et commentator quarto phyficiorū qd si vacuum essz graue moueretur in eo in instanti scilicet qd materia cum sit potentia pure passiuā non videt̄ posse resistere forme mouenti ergo rē. Secūdo dicta respoio videtur deficere quia cū agens sit nobilius passo: et agere nobilius qd pati. et cū liberū sit nobilius qd non liberū. si voluntas esset passiuā tantū actus volēdi. et obiectum actiuū. seqtur qd obiectū magis libere ageret qd voluntas pateretur: et iterū cuz passiuū dese sit indifferens: magis videt̄ pertinere ad actiuū: et dēterminare illaz indifferētiā. qd ad passiuū: voluntas autē dēterminat illaz indifferētiā ideo rē. Itē ad pncipale conclusionē arguitur sic non minus videtur voluntas actiua actus volēdi: qd itellcō

actus intelligendi quia rationes difficiliore que videntur arguere quod voluntas non possit esse actiua volitionis. possunt consimiliter applicari ad intellectum respectu intellectionis. ideo videtur idem dicendum utrobique. scilicet intellectus est actiuus intellectionis non solum passiuus. quod patet quia non est verisimile quod obiectum in sensu possit agere in intellectu compositione vel diuisionem eorum quorum nunquam fuit in sensu compositio vel diuisio. ubi gratia terminorum vniuersalium vel etiam conceptuum dei vel intelligentiarum. et minus est verisimile quod possit agere totum discursum intellectualem a premissis ad conclusionem circa insensibilia puta circa deum et intelligentias hec ergo omnia facit intellectus. Et adhuc arguunt aliqui sic tam de intellectu quam de voluntate vel etiam de sensu. effectus non est nobilior suo principali efficiente. sed actus volendi et nolendi est nobilior obiecto et actu sentiendi. ergo non est ab eis ut a principali actiuo. Similiter diceretur quod actus sentiendi est nobilior obiecto extra. puta lumini vel colore. ergo non est actiue ab eo saltem principaliter. Et scias quod propter illam rationem ponunt multi sensum agentem et voluntatem: sicut Aristoteles ponit intellectum agentem. Et potest ratio fortificari sic. quia agens saltem principale debet esse nobilior passio obiectus autem non est nobilior passio aut sensu aut intellectu aut ipsa voluntate. ergo etc. Sed forte responderi potest quod effectus potest esse nobilior omni agente propinquo. Nam sicut dicit commentator duodecimo metaphysice commento decimono calor solis et stellarum receptus in aqua et terra generat animalia ex putrefactione. et tamen ille calor cum sit accidens quoddam non est nobilior ipso animali generato et ipsa substantia anime. Sufficit ergo quod agens propinquum sit virtus agentis nobilioris. siue quod agat in virtute agentis nobilioris. propter hoc enim dicit commentator ibidem quod calores generati ex caloribus stellarum generant speciem. et quod species animalium habent mensuras proprias ex quantitate motuum stellarum et dispositione ipsarum adinuicem et propinquitate et remotione et quod ista mensura prouenit ab arte diuina intellectuali. unde sicut dicit commentator secundum hoc intelligendum est quod natura facit aliquid perfecte et ordinate quis non intelligat. quasi rememorata ex virtutibus agentibus nobilioribus ea que dicuntur

tur intelligere. Non est ergo difficile imaginari quod res materiales extra animam existentes non viute propria sed virtute dei et intelligentiarum. quorum ipse sunt effectus et virtutes. que dam possunt in sensum agere cognitionem sensitiuam et in intellectum cognitionem intellectiuam. Et sic forte intellectus agens quem Aristoteles ponit substantiam separatam actu existentem excellentiorem intellectu nostro possibili. ponendus esset non pars anime nostre vel potentia eius. scilicet ipse deus virtute cuius obiectum agit et in sensum et in intellectum. Et sic etiam apparet quomodo bene ponit Aristoteles intellectum agentem et non sensum agentem. quia deus intellectus est et non sensus. Et hec opinio videretur mihi probabilis nisi ei obstaret pariter articulus. ubi dicitur sic quod intellectus agens sit quedam substantia separata superior ad intellectum possibilem et secundum substantiam potentiam et operationem sit separatus a corpore nec sit forma corporis humani. est error. Et forte quod articulus potest exponi scilicet quod positus fuit contra dicentes intellectum agentem esse humane spei appropriatum. et nullam esse formam substantialem humano corpori inherenter nisi corruptibilem et eductam de potentia materie. si autem intellectus agens quem tertio de anima ponit Aristoteles sit pars anime nostre et ob hoc ponatur in anima: quod obiectum cum sit ignobilius non est sufficiens ad agendum in intellectu possibilem ipsam intellectionem. Tunc putatur quod similiter ponendi essent sensus et voluntas agentes. scilicet de hoc erit alibi perscrutandum. si tamen in anima nostra poneretur voluntas agens distincta realiter a voluntate passiuua. videretur concedendum iuxta prius dicta quod libertas et dominium nostrarum operationum attribueretur nobis per istam voluntatem. non ratione voluntatis passiuue. sed ratione actiue. et si voluntas passiuua sit eadem realiter cum actiua: tamen libertas et dominium attribuende essent nobis per illam voluntatem. non ratione qua esset passiuua. scilicet ratione qua esset actiua. et si non sustineretur iuxta prius dictum modum ponendi intellectum agentem quod obiectus viute causarum superiorum scilicet deorum intelligentiarum ab alio actiuo posset agere in nostrum intellectum et in nostram voluntatem. tamen non puto quod esset procedendum quantum ad omnes actus ipsius intellectus et ipsius voluntatis. Ita quod intellectus et voluntas nullius actuum suorum essent actiui. quis enim intellectus et voluntas posset ab obiectis abstracto alio

actiuo recipe suos actus primos scilicet spes istorum obiectorum ut aliqui ponunt. vel etiam simplices apprehensiones istorum et simplices affectiones ab ipsa ut aliqui dicunt: tamen puto quod ipse intellectus sit actiuus compositionis et diuisionis et discursus et iudicium maxime circa insensibilia. et quod voluntas sit actiua ipsorum actuum quorum ipsa libere est domina dominio quo ipsa potest in utrumque oppositorum modo supradicto. Sed hic oriuntur dubitationes.

Prima est utrum voluntas in omni actu quem ipsa recipit patiat ab obiecto vel in nullo actu ipsius patiat ab obiecto vel ab aliquo et ab alio non. Secunda dubitatio erit utrum voluntas actiua actus volendi et voluntas receptiua eiusdem sit una et eadem potentia anime vel diuersa.

Tertia dubitatio erit quod non videtur inconueniens dicere quod voluntas et intellectus se habeant actiue ad suos primos actus: quam si actiue se habeant ad alios quos tamen recipiunt sicut et primos: quod prohibet dicere quod se habeant actiue ad primos. si tamen repugnat dictis prius in questione tertia secundi libri. Et iste tres dubitationes sunt difficiles et posset de qualibet fieri questio per se.

Ad primam dubitationem respondet aliqui quod voluntas in nullo actu suo patiat ab obiecto volibili. nec appetitus ab appetibili. nec oino intellectus ab intelligibili. aut sensus a sensibili. imo quod intellectus est totalis causa actiua sue intellectionis et sensus sensationis et voluntas volitionis. quod itedunt arguere primo sic agens est nobilior effectu suo et ipso passio. Obiectum autem non est nobilior ipso sensu vel intellectu vel ipso sentire vel intelligere. Item virtus intellectiua est excellentior virtute nutritiua. scilicet virtus nutritiua est totalis causa actiua sui actus. ergo et virtus intellectiua. Item appetitus naturalis est totalis causa sui actus. ergo magis appetitus animalis vel appetitus rationalis. cum sit excellentior quod enim spectat ad perfectionem ad nobilitatem si concedat potentie inferiori conuenire. non debet negari de potentia superiori sine causa rationabili. Item quod intellectus sit totalis causa apprehensionis simplicis arguunt per hoc quod hoc potest intelligere hominem abstracte a singularibus ad hoc autem non potest agere obiectus extra. quam extra non sunt nisi homines singulares. homines autem singulares non agunt aliquid ad intelligendum aliquid abstracte ab eis. Item intellectus agit in intellectione secundas. ad hoc autem non agit obiectum extra neque prime intentiones quia tunc secundum intentiones distinguuntur secundum diuisiones

obiectorum extra vel primarum intentionum. quod est finis. cum scilicet intentiones eiusdem rationis fundantur super res vel super primas intentiones decem predicamentorum. Item intellectus intelligit relationes rationis. iste autem relationes non possunt agere tales intellectiones. cum iste intellectiones sint absolute maioris entitatis. et ita etiam arguatur de intellectione non entis. vel de intellectione priuationis. Item quod intellectus sit totalis causa actiua compositionis et diuisionis. arguunt per hoc quod intellectus diuidit idem a se et componit cum suo opposito hoc autem non facit obiectum. Et confirmat quia si obiectum habeat potentiam actiuam: non habet potentiam rationalem. scilicet potest naturale. ideo non potest agere actus oppositos. scilicet circa idem intellectus potest in actus oppositos: cum possit idem de eodem affirmare et negare. ideo etc. Item quam plura agentia diuersarum rationum concurrunt per se ad unum effectum: oportet illa esse subordinata secundum unum plus esse principalis altero. et ipsum agere in altero ita quod primum agens mediante actione eius in se cum agat in effectum postremum. Si autem ad intellectionem concurrant actiue obiectum et intellectus non potest dici quod obiectum sit agens principalis ergo intellectus erit plus et principalis agens. et sic oportebit dicere quod intellectus intelligendo agat in ipsum intelligibile. et ita sensus in sensibile et voluntas in volibile. quod non apparet esse seorsum. Dicunt ergo isti quod obiectum non requiritur ad intellectionem vel volitionem ut actiuum scilicet solus ut terminatiuum. Sed ista opinio videtur contra Aristoteles. primo enim quantum ad sensum et sensibile dicit secundo de anima. quod sensus in ipso moueri aliquid pati accidit. dicit etiam quod actiua operationis ipsius sensus sunt extra scilicet visibile et audibile. et commentator ibidem dicit quod sentire sensus fit per passionem sensuum a sensibilibus. non per actionem sensuum in sensibilia. et ibidem Aristoteles et commentator videtur dare rationem ad probandum quod obiectus agat ad sensationem. quia si nihil ageret ad eam tunc sensus posset sentire sine obiecto consequens est falsum ergo etc. consequentia patet. quia subdit Aristoteles. Si combustibile esset combustiuum. ipsum combureret se et non indigeret ad hoc exteriori igne quod ideo est quia positus sufficientibus actiuo et passiuo et sufficientem approximatis: ponit actio vel poni potest sine alio extrinseco modo cum obiectum non patitur ad sensationem si etiam non ageret ad eam. sensus esset sensationis sufficiens actiuum et passiuum. propter quod sentire posset sine obiecto extrinseco. Quod autem Aristoteles et

commētator dicūt de sensu ⁊ sensibili idem intelligūt de intellectu ⁊ intelligibili ⁊ de appetitu ⁊ appetibili. vt apparet tertio de aia. Sed hāc predictam rōem An. quā puto esse demōstratiuam, illi volūt infringere. dicūt enim q̄ totali actiuo sufficienter approximato totali passiuo nō semper oportet q̄ possit agere. primo quia actio (vt dicūt) ponitur in agēte subiectiue. ⁊ sic agens est ipsius actiuus ⁊ passiuus ⁊ tñ nō potest agere eam in se sine passiuo extrinseco. Secūdo quia fundamētum vt dicunt est aliqñ totale actiuum relatiōis fundate i ipso. et tñ nō potest eam agere in se sine correlatiuo. Tertio quia motor nō posset mouē localiter suum mobile sine loco. Quarto dicūt aliqui q̄ sine p̄sentia sensibilis potest sensus sentire vt in somniis sine p̄sentia appetibilis appetere. vt homo sine p̄sentia cibi potest cibū appetere. Ille tñ instātie nihil mihi videntur proficere. quia supponūt falsum vt puto. nō eī puto q̄ actio prout est res di. tincta ab agente in agēte recipiatur subiectiue. s; in passio. nec puto q̄ relatio prout est res distincta a fundamēto recipiatur in fundamēto extra. s; in aia. de motu autē locali dici posset q̄ semper preter agēs et passum ad actionem requiritur aliud. s. quod sit in passio ab agēte. vel i quo aut circa quod passum sit ab agēte. sicut igit i alteratiōe requiritur qualitas que sit i alterabili ab alterante. ita i motu locali requiritur locus i quo sit mobile a mouēte. locus eī (sicut vult dicūt) est illud totum quod ipsi mobili acquiratur a mouēte. nō sic autem erat de obiecto.

Alii etiā dicūt q̄ motus localis posset fieri sine loco quo ad illud quod mobili acquiratur intrinsece a mouēte licet nō quo ad illud q̄ sibi acquiratur extrinsece eo q̄ hoc est ipse locus dicūt eī q̄ si deus totum mūdum volueret motu diurno: q̄ vltima spera nō minus mouētur q̄ nūc. et tñ nulla est loci mutatio. vñ quis extra celus nō sit locus. tñ articulus pis. dicit errorem esse dicere q̄ deus nō potest mouere celum motu recto. ergo he instātie difficultates habent: s; nō hic tractandas. de somniis autē dicendum est q̄ species sensibilium prius facte in fantasia ab obiecto ⁊ ibidem reseruate mouent actiue sensum ad actum. vnde patet q̄ ille supplet vices obiectorum. de appetitu etiā dicendum est q̄ licet appetitus naturalis sine cognitione fiat. tñ appetitus animalis ⁊ rationalis de quibus hic loquimur uō sunt

sine cognitione: nec cognitio sine obiecto p̄sentē aut realiter aut per species in fantasia vel i memoria reseruat. videtur etiā mihi q̄ absurdum esset dicere q̄ obiectus necessario requiratur ad sensationem. ⁊ tñ nihil operatur i sensu: nec sensus in ipsum. obiectum enim nō ex eo requiritur q̄ terminet intellectionem vt sensationem id est vt intelligatur vel vt sentiat possunt enim rosam intelligere nulla rosa existente. imo etiā sentire per speciem reseruatam in memoria vel in fantasia. Item q̄ obiectum vel species obiecti agat ad sensationem intellectionem vel volitionem ex hoc argui videtur q̄ sensationes diuersitate obiectōrū fiunt diuersae. diuersitas enī in effectu videtur aut ex diuersitate agentis, aut ex diuersitate materie prouenire. sicut dicit commētator duodecimo metaphysice. Alii tñ instāt contra istam rationem per hoc q̄ circa idem obiectum intellectus potest formare actus contrarios scilicet affirmare ⁊ negare. Sed ad hūc dicendum est q̄ hoc est bene possibile virtute agentis liberi. si enim volo. affirmo. ⁊ si volo nego. se i sine libero agente illud nō est verum. modo sensus nō habet se libere ad sensationem neq̄ intellectus ad intellectionem ante ⁊ preter omnem actum. volendi. ideo instātia nō valebat in proposito. Nūc igitur soluende sūt rationes aliorum. Ad primam dicendum est q̄ nō oportet actiuum esse oī passio nobilius. nec omnem actionem esse nobiliorem omni passione. Sed oportet omne actiuum esse nobilius eo passiuo. i quod agit. Duabus tñ cōditionibus obseruatis. scilicet q̄ illud sit principale actiuum. ⁊ q̄ passiuum non habeat nobiliorem passionem q̄ illam quā recipit ab illo actiuo. propter ergo defectum primae conditionis dicunt aliqui q̄ obiectum nō est nobilius intellectu aut sensu: licet agat in ipsum. quia dicūt q̄ ad intellectionē agūt sicut obiectū ⁊ intellectus agens. ⁊ ad sensationē obiectum ⁊ sensus agens. s; obiectum nō est agens principale. Alii autē dicūt propter defectū secunde q̄ obiectū nō est nobilius. quia dicūt q̄ obiectum agit in sensum vel in intellectum spēm suam tñ. ⁊ nō ipam sensationē vel intellectionem s; sensus agens ⁊ intellectus agēs agunt eam in sensu vel i intellectu passiuo disposito per speciem receptam ab obiecto. modo intellectio est nobilior operatio intellectus q̄ receptio: vel etiā q̄ actio rei intelligibilis.

Alii etiā dicūt vt dixi p̄us q̄ si obiectū agat in sensum vel in intellectum ipam sensationē vel intellectionem: hoc tamen non est virtute propria. sed virtute causarū superiorū. iō nō ē nobilius propter defectū p̄me cōditionis. Alii iterū dicūt sicut p̄ores q̄ obiectū agit i intellectus spēm suā tñ. intellectus aut factus i actu p̄ specie obiecti. agit i se intellectionē. sicut nos dicimus q̄ habēs actū p̄mū p̄t exire sine exteriori actiuo i actū secundū. vt graue cū habuerit gravitatem a generate mouet se deorsū. ⁊ istū dicūt q̄ intellectus s; ei⁹ naturā simplicē dī possibilis. ⁊ sibi cōuenit rō recipiēdi quicquid recipit ⁊ dī agēs s̄m q̄ actualē p̄ spēm intelligibilē: nō q̄ spēs agat principalit̄ s; intellectus ē principale agēs. ⁊ spēs obiecti ē dispōnētia ipsi⁹ ad agēdū p̄t q̄ adhuc nō oī obiectū eē nobili⁹ p̄ q̄ nec p̄ma rō ip̄ori p̄cedit nec scōa. Alii etiā dicēdū ē q̄ nō ē s̄le de appetitu aīali ⁊ appetitu naturali. quia appetitus naturalis nihil ē distinctū realit̄ ab ipsa potētia naturali actiua vel passiuā. nec actus appetēdi vt distinguit ab appetitu ē aliquid aliud ab actu agēdi vel patēdi. sic aut nō ē de appetitu aīali. vñ p̄t dici q̄ sicut appetitus nō mouet ⁊ dirigit ab obiecto cognitio: ita appetitus naturalis mouetur ⁊ dirigit ab obiecto cognitio a superioribus causis hoc ē ab obiecto p̄ quāto relucet in intellectibus causarū superiorū s; intelligentiarū. propter q̄ dicit commētator duodecimo metaphysice q̄ natura operatur p̄tē ordinate quīs nō intelligat quasi rememorate ex virtutibus agētibus nobilioribus ea q̄ sūt intelligentie p̄t q̄ quod illa ratio capiebat falsū de quarta ratiōe alibi per scrutatū ē. Ideo breuiter dicēdū hic q̄ cū intelligimus hominem vñ nō sic intelligimus abstracte q̄ intelligamus aliaz rē ab hominibus singularibus s; sic q̄ nullū hominem singularē intelligimus distincte ab aliis s; omīs indistincte talē autē intellectionē p̄t agē quilibz hō singularis mediātibus virtutibus sensitiuis vna cō actiōe intellectus oēs ei hoīes singulares circūscripti accidētibus ⁊ extraneis sūt oīuo siles ⁊ eiusdem rōis. Ideo quicquid ē silitudo vnus istomodo s; circūscriptis extraneis ē silitudo oīz aliorū idifferēter vbi gratia quod ē s̄le huic albedini ē s̄le oibus albedinibus isti s̄ibus si ergo iste hō mediāte s̄e egit suā silitudinē licz inuolūtā silitudinibus accidētū ⁊ extraneorū in intellectu cum intellectus abstraxerit a similitudine s̄ne silitudines accidētū cāneorū

illa silitudo erit ita silitudo oīz idifferēter sicut illi⁹ a q̄ causabat. Ideo nō solū iste s; oēs idifferēter tūc intelligūtur q̄ intelligē rē sit per habere in intellectu eius similitudinē. Ad aliā p̄cedēdū est q̄ obiectū nō agit immediate oīm intellectionē nec sufficienter s; intellectus coagit imo principaliter agit q̄ obiectum nec ē imaginandū q̄ oēs q̄ intelligit agat ad sui intellectionē sicut statim dictū fuit q̄ omēs hoīes idifferēter simul possūt intelligi licz vnus solus hō egerit ad illā intellectionē s; sic debet intelligi q̄ obiectū extra p̄mo agit in se sui sensationē sui vel saltē spēm suā p̄ quā vel cū qua vel mediāte qua s̄elus agit sensationē ipsa autē sensatio vel spēs existens in sensu agit in intellectu sicut ipam intellectionē vel saltē spēm intelligibilē p̄ quā vel cū qua vel mediāte qua intellectus agit intellectionē Nā intellectus intellectionibus simplicibus informatus p̄t iā p̄ hōmō simplices intellectiones vel eis mediātibus cōponē vel diuidē ⁊ postea discurrē ⁊ sic tādē agē intellectionē multorū sub sensu nō cadentium sic enī intellectus potest agē intellectiones dei ⁊ intelligentiarū ⁊ p̄me materie ⁊ intentionū ⁊ relationū ⁊ oīm talū ⁊ sic solū procedūt omīs sequentes rationes ipsorū saltem p̄ter vltimā. Ad quā dicēdū q̄ intellectus agit intellectionē p̄ spēm intelligibilē sicut corpora celestia agūt in ista inferiora p̄ motū motus enī celi nō ita agit q̄ celū nihil agat imo celū agit p̄ suū motū tanq̄ p̄ dispositionē sibi necessariā ad agēdū sicut ergo celū non agit ita ⁊ spēs intelligibilis nō agit intellectionē ita q̄ intellectus nihil agat imo intellectus agit intellectionē p̄ spēm intelligibilē receptā ab obiecto tanq̄ p̄ dispositionē sibi necessariā ad agēdū sicut ergo celū nō agit in suū motū nec ecōtra ita nō oportet q̄ intellectus agat in spēm intelligibilem nec illa species in ipsum nisi ipam intellectionē quā simul agūt sicut celū ⁊ motus eius simul agūt in ista inferiora. Potest ergo dici ad dubitationē principalem q̄ voluntas sic in omni actu volendi patit ab obiecto quia obiectum oportet esse cognitū eius aut cognitio agit ad actum volendi ⁊ aliquo modo immediate vel mediāte agebatur ab aliquo exteriori obiecto modo prius exposito. Nunc ad scōam dubitationem principalem videtur esse dicendum de voluntate actiua ⁊ passiuā volitionis sicut dicētur de intellectu actiuo ⁊ passiuo in

tellectionis. Et ut expmā quid opinor notādū est ut puto q̄ intellectus et volūtas nō sūt diuerse res abinuicēz nec ab ipsa substantia anime s; aia ipsa in ordine ad actū intelligēdi dicūt intellectus et in ordine ad actū volēdi dicūt volūtas eo modo quo magis declarabūt in sexto libro. Pōt ḡ dici q̄ ipsa aia est actiua et receptiua oīs intellectionis et oīs volitionis s; forte q̄ hoc nō est totalit̄ fm idē imo sicut sb̄na grauis fm se ipsam est in potentia ad mouē deorsuz et pōt agere illū motū fm quē iformat actū grauitatis ita aia fm se ipsam pōt intellectionē v̄l volitionē recipere s; agere eaz nō pōt nisi fm q̄ aliquo pōri actu informata ita q̄ rō recipiēdi sit rō ex parte aie rōvo agēdi sit ex parte aie actualiter ita s; q̄ actus i aia p̄uius alicui alteri actu intellectionis aut volitionis se habeat ad istū actū intellectionis aut volitiōis actiue non passiue s; q̄ sit dispositio aie nccia ad agēdū nō ad patiēdū magis enī sicut puto debet poni dispositio ad agēdū q̄ ad patiēdū qa agēs agit fm q̄ est in actu patiēs aut patit̄ fm q̄ est i potētia videt̄ ḡ mihi q̄ aia informata sp̄e intelligibili ab obiecto pōt i se formare actū intelligēdi et ipsa simplicibus itellectiōibus i formata pōt i se formare actū cōponēdi et pōtea actū diuidēdi saltē quo ad p̄ncipia p se nota et pōtea actū discurrendi sic p̄sequēter Et ita q̄tū ad actū volēdi dicā q̄ ipsa aia informata aliquo actu pōri puta vel iudicio de bonitate aut malitia volibilis vel quadā cōplacētia vel displicētia sicut dicet̄ post pōt se mouē ad actū volēdi sicut ḡ eadem res s; aia dicūt volūtas passiuā fm q̄ pōt actū volēdi recipere et dicūt volūtas actiuā fm q̄ pōt actū ip̄z pducē hoc aut est s; q̄ iformata est actu pōri p̄dicto Nō ḡ videt̄ mihi q̄ aliū oporteat ponere itellectū agentē aut aliā volūtātē agentē nisi forte deū ip̄m q̄ mō p̄us dicto pōt dici itellectus aut volūtas coagens ad oēm n̄am itellectionem v̄l volitiōem pluralitas aut nō est ponēda sine necessitate cogente nihil aut videt̄ cogere plusq̄ dictū sit ad ponēduz qm̄ l; p̄hi nō cōcedāt q̄ idē et fm idem totalit̄ sit eiusdē actiuū et passiuū nō videt̄ tñ icōueniens q̄ idē nō totaliter s; partialiter sit eiusdē actiuū et passiuū modo prius dicto Adhuc multi aliter opinati sunt videlicet q̄ sicut vnū corpus quod cōpositū est ex duobus p̄ncipiis vno potentiāli s; materia et altero actuali s; forma et q̄ sibi competit pati p̄ materiā et agere p̄ for-

mam Ita anima itellectiua cōposita est substantialiter ex duobus p̄ncipiis ex quibus sit per se vnū eo q̄ sunt sicut actus et potentia p̄ncipium ergo potentiale vocant itellectuz possibilem aut etiam voluntatem possibilem p̄ncipium actuale vocant itellectum agentē vel etiam voluntatem agentem et sic dicūt animā in se agere oēm actum intelligēdi aut volēdi s; agere p̄ p̄ncipiuz actuale et recipere per potentialem Alii etiam multi dicūt q̄ non est inconueniens idem fm idē oīno realiter esse actiuum eiusdē et passiuum s; fm aliam et aliam rationem dicunt enī q̄ nō est icōueniens vnū et idem carere aliqua dispositiōe s; actū formale cuius ip̄m est susceptiuū et eadē continere scdm̄ actū v̄tualez sicut nos videm̄ calcē esse actu formaliter frigidā et virtute actiua calidā dicunt ḡ q̄ aia itellectiua eadez et indiuisibilis existens et scdm̄ idē oīno realit̄ est receptiua itellectionis inq̄tum est capax ipsius s; inq̄tum continet eam v̄tualiter. Sed hec opinio videt̄ esse contra p̄hos sic enī poss; dici q̄ celū moueret se nec esset via ad probādum q̄ oporteat p̄re ipsū celum ponere itelligentias mouētes et etiā illa differētia scdm̄ rōem si nō pueniat p̄ opationē n̄i itellectus nihil faciet ad actionē vel passionē et si pueniat puto q̄ erit differētia realis de hoc tñ alibi tractandum est. Nec valet ad p̄positum exemplum de calce aut zinzibere. quia calx aut zinziber ratione diuersorum p̄ncipiorum est in potentia passiuā et in potentia actiuā ad caliditatem scilicet ratiōe materie et ratiōe forme Et iterum siue hec opinio siue p̄cedens teneatur: tñ oportet redire ad ea que prius dicebamus. in substantia enim anime nostre nō ē sufficiens actiuum et sufficiens passiuum itellectionis et volitionis. cum ad primos actus regatur obiectum. et ad posteriores actus regatur actus p̄mi nccio. naz obiecta nccio requisita ad actus primos et actus p̄mi nccii ad posteriores habent se ad actus illos quibus sunt necessarij vel passiue vel actiue aut p̄ncipialiter aut dispositiue. propter quod p̄nto q̄ p̄ma opinio sit tenenda. Ad tertiam dubitationem p̄ncipalem potest dici q̄ anima cuz sit nuda pure ante eius esse p̄ncipium actiuum: et sit passiuā ipsius: non est possibile quod ipsa sit actiua eius nisi idem et secunduz idem totaliter esset. eiusdē actiuum et passiuum. quod non puto. et etiam quia obiectum

est illius p̄mi actus actiuū et sufficiens ut videtur sicut enī color in pariete vna cū lumie est actiuū sufficiens in medio sue sp̄e. ita videt̄ q̄ sp̄s in medio pōt ita sufficiens agē in se. licet forte nō ip̄am sensationē. s; ip̄e sensus fm q̄ sp̄e sensibili informat. et ita nō videt̄ remotū q̄ fatalia possit agē sp̄em suā in itellectu licz forte nō ip̄am itellectionē. Vñ hoc q̄d ali qui dicūt scz q̄ obiectū sensibile et sensus agens distinctus a sensu passiuo agūt sit actū q̄ p̄mo recipit in sensu passiuo: nō videt̄ rōnabile. qm̄ licz dispositio actiua ad agēdū inhēns sibi nō agit in ip̄m actiuū nec ecōtra sicut an̄ dictū fuit de celo et motu eius tñ duo agētia sepata et diuersay rōnū nō videt̄ p se regri ad aliquaz actionē. nisi sint subordinata. ita q̄ p̄mū agit in scdm̄. mō nō apparet quō sensibile agēt i sensu agētē nec ecōtra. ḡ et. Et sicut dico de sensibili ad sensū: ita dicat̄ de intelligibili ad itellectū q̄d aut de voluntate quo ad hoc restaret dicēdū. forte videt̄ in alia q̄stioe. Ad r̄tiones p̄ncipales est r̄ndēdū fm p̄dicta q̄ nō est positū q̄ idē realit̄ sit eiusdē actiuū et passiuū et fm idē totalit̄. s; p̄tialit̄. et si nō ē impossibile

Verif̄ tertio Vtrū actū volēdi aut nolēdi p̄cedat in ipsa volūtate aliquis alter actus aut alia quecūq̄ dispositio mediante qua actus volēdi fiat in ipsa volūtate.

Arguitur q̄ sic. quia volūtas cū se ipsam determinat: videt̄ actiua sue determinationis. volitionis aut actiuo nō est. quia cū ad ip̄az se habeat passiue. si cū hoc esset eius actiua: ipsa non indigeret obiecto ad volēdū. ḡ nō ē idē volitiō et ipsa volūtatis determinatio. nec illa determinatio est ipsa volūtas. quia volūtate existente semper. non semp̄ est illa determinatio. igitur oportet illā determinationē eē dispositionē mediā inter volūtātē et volitiōē. Scdm̄ positū q̄ obiectum vnū fuerit volūtati p̄ntatum sub duplici ratione/ boni s; et mali. vbi gratia ad alterum sub ratione inordinati et sub ratione delectabilis. voluntas ut an̄ dictū fuit pōt non solū totū obiectum velle aut ip̄m totū nolle. s; etiam differre. donec ratio quid sit eligibilis iudicauerit. et etiā pōt impare ut de hoc intellectus inquirat. peto ergo vtrum voluntas cum fuerit ita i suspēso sit aliquid passa ab obiecto v̄l qualitercūq̄ immutata. aut nō: si sic i ḡt̄ dispositionē aliquam recipit p̄uiam volitioni aut nolitioni illius obiecti. Si nō: quō igit̄

extius existens debz etiā esse circa passio  
nes per quas appetitus est innatus inordinate  
circa illud obiectū exterius inclinari igit̄ virtus  
exigit̄ ad moderandū illā passionē ne suo im  
petu trahat appetitū cōtra iudiciū rationis.  
modo constat q̄ bellica picula circa que est for  
titudō nō sūt inuata distorte inclinare appeti  
tū nisi ad fugiendū vel non aggredienduz per  
timorē. aut aggrediendū et expectandū per au  
daciā. ergo oportet fortitudinē esse circa timo  
res et audacias sc̄z moderando et mediando vtr̄  
ter eas sc̄m iudiciū rationis. Quantū ad  
secundū sciendū est q̄ obiectū timoris est ap  
parens malū futurū. vñ secūdo rhetorice Añ.  
diffiniēs timorē dicit̄ q̄ timor est tristitia q̄daz  
vel turbatio ex fantasia futuri mali. Malū at̄  
est triplex sc̄m q̄ tplici opponit̄ bono. est enī  
malū inhonestuz q̄ honesto bono opponit̄. et  
malū nociuū q̄ opponit̄ bono vtili. et malum  
triste q̄ opponit̄ bono delectabili. que q̄dē ta  
bona quomodo distinguant̄ adiuicē apparuit  
in secundo libro. In hoc aut̄ loco vtamur hac  
iploz̄ acceptione q̄ per bona hōesta intelliza  
mus virtutes et opera virtutū que dicunt̄ hōes  
ta formalit̄ honores qui honesta bona dicunt̄  
significatiue in q̄tū nobis in signū virtutis ipē  
dunt̄. per bona autē vtilia intendamus pecu  
niam et possessiones alias quaz dignitas con  
suevit nūmismate mensurari. s̄ per bona de  
lectabilia intelligamus quecumq̄ per se inata  
sūt sensibus extioribus inferre delectationem  
capiamus. etiā p̄porcionabilit̄ ta mala his bo  
nis opposita sic enī distinctis bonis et malis vir  
tutes in hoc optime distinguunt̄ a vicis: q̄ qui  
p̄fert honestū delectabili et vtili bene agt̄. qui

ecōuerso peccat. Dicemus ergo p̄mo q̄ fortitu  
do nō est circa timores mali quod opponit̄ bo  
no honesto. quia fortitudo est p̄ncipaliter ad  
refrenandū timorem ne inducat nos ad fugaz  
licet etiam aliq̄n fm fortitudinē sit fugienduz  
ideo fortitudo est circa talis mali timorem q̄  
nō est semp fugiendum s̄ aliq̄n expectandum  
s̄ malū inhonestum est semp timendū et fugiē  
dum q̄tū est possibile. cū opponat̄ bono fm ra  
tionē quod est simpliciter bonū et omni bono al  
teri p̄ferendū. ideo et̄. Et hanc rōem intender  
bat Añ. cū dicit̄. s̄ nō circa oīa mala videtur  
esse fortis. quedā enī et oportet timere et bonū  
est timere. quod aut̄ nō malū id ē ea nō timē  
est malum puta malā opinionē et infamiam.  
qui quidē enī timet. decens et verecūdus. qui  
aut̄ nō timet. inuerecūdus. infamia enī oppo  
nitur bone fame que est bonū honestū: licz nō  
essentialiter. tñ significatiue modo sicut in di  
sputationibus nō solū cauendum est redargui  
s̄ etiā videri redargui: ita nō soluz timendū  
est cauendū essentialiter inhonestū: cuiusmo  
di sunt vicia et opera iporum. s̄ etiā timendū  
est inhonestū significatiue cuiusmodi sunt scā  
dalum, vituperiū. et infamia. Considerandū est  
tū q̄ honestū significatiue nō ita timendū est  
et fugiendū q̄ ob eius timorē vel fugam incur  
ramus inhonestū centialiter s̄ potius sustinē  
dum eēt patienter scandalum vel infamiam: q̄  
agatur cōtra virtutem. vñ qui p̄pter timorem  
infamie vel scandalī ageret cōtra bonū virtu  
tis. ipse peccaret cōtra magnanimitatē vel ho  
noris amatiū fm excessum. et esset kaimus  
vel phylotimus. p̄pter quod patet q̄ talis tim  
or nō spectat ad fortitudinē. Secūdo dicēdū  
est q̄ fortitudo nō est specialiter circa timores  
mali nociui q̄ opponit̄ bono vtili. q̄a circa ta  
le bonū est liberalitas et magnificentia et vicia  
eis opposita. p̄pter quod liberalitas et magni  
ficētia debēt moderare passiones quas hōi  
bona sunt innata nobis inferre. cuiusmodi sūt  
timor pdendi vel expēdendi vel nō acquirēdi  
et audacia dandi et cōsumendi. ideo circa ti  
mores et audacias talium nō est fortitudo De  
malo aut̄ tristi Sciendū est q̄ triste solet dupli  
citer capi. Vno mō put̄ fm sensū tactus est in  
natū inferre dolores p̄ suā absentia. cuiusmo  
di sunt cibus et potus et venerea. et circa ta  
lia est tpantia et nō fortitudo. Alio mō capit̄  
vt̄ est doloris illatiū p̄ sui p̄ntiā sicut sūt egri  
tudines vbera. vulneratiōes. et hōi. vel etiāz

mortis picula. et apparētie. et tūc oportet ite  
rū distinguere. qm̄ vel est in ptate nostra euita  
re talia picula et tales tristitias. vel nō. si non.  
tūc circa timores talium nō erit fortitudo. sicut  
dicebat̄ in alia questiōe et p̄pter hoc dicit̄ Añ  
q̄ nō videbit̄ esse fortitudo circa mortē que i  
mari vel in egritudinibus. s̄ si in ptate nra sit  
talitudo euitare: tūc circa talium timores et auda  
cias erit fortitudo. erit enī hitus inclinās ad nō  
timēdū/ s̄ audendū tristitia et picula. quoz̄ ex  
pectatio et susceptio est honesta et fuga turpis.  
ecōuerso inclinabit ad nō audendū/ s̄ timēdū  
vbi nō esset honesta expectatio/ueq̄ fuga tur  
pis. et ita videt̄ manifestū esse q̄ virtus fortitu  
dinis specificat̄ et distinguit̄ ab aliis virtutibus  
p̄ timores et audacias. et nō oēs. s̄ circa bellica  
picula. et tūc redit̄ q̄ dictū fuit in alia questiō  
ne. Tūc rñdendū est ad rōes. Ad p̄mā di  
cendū est q̄ fortitudo nō est circa irā p̄ncipalr̄  
et directe: s̄ indirecte. et quasi accidentalit̄. q̄a  
nō est modificatiua ire. s̄ magis assumit irāz  
ad moderandū et rep̄mendū timorē et ad corro  
borandū audaciā in sustinēdo vel aggrediēdo  
maxima picula. et ad facilius et minus sensibi  
lit̄ sustinēdū corporis maximas tristitias. de  
tristitiis aut̄ dicēdū est q̄ oīs virtus vtr̄ est ali  
quo mō circa delectationes et tristitias. et cui⁹ h  
etiā fortitudo est quodā sp̄ali mō circa tristi  
tias: i q̄tū est circa terribilia q̄ inata sūt iſferre  
tristitia. s̄ ipa nō est p̄prie circa tristitias tāq̄  
moderatiua earz. s̄ inclinās ad sustinēdū ma  
ximas tristitias corporales. s̄ ipa sic ē circa ti  
mores et audacias sc̄z tanq̄ moderatrix iparuz  
ne impetu suo inclinēt ad turpē actuz. Ad  
aliā dicēdū est q̄ fortitudo nō mediat̄ in timo  
res et audacias medio rei. s̄ medio rōis. ita q̄  
tm̄ sumit de timore vel audacia. q̄tuz recta rō  
iubet fm exigētiā opis et circūstātiarū mō qm̄q̄  
o3 sibi maximā sumē audaciā. dū tñ sēp sit s̄  
dñio rōnis. iō qm̄q̄ fortitudo assumit sibi furo  
rē et irā magnā ad augendū audaciā Ad ali  
am dicēdū ē q̄ labores et picula sūt obiecta ti  
moris et audacie. de alia rōe visū est satis i cor  
pore questionis. Hec de questione.

Verit̄ vicessimosecūdo. Vtrū i aggre  
diēdo sit p̄ncipalior act⁹ fortitudinis q̄  
in expectādo vel cōtra. Arguit̄ q̄ i  
aggrediēdo p̄ sex rōes p̄siles illis sex p̄ q̄s Añ  
capto de liberalitate. p̄bat dationē eēt p̄ncipali  
orē actū q̄ acceptionē. Prima ē. q̄ vti ē meli⁹  
q̄ possidē. s̄ aggredi ē vti virib⁹ suis. expecta  
k. i.



tio aut videtur non esse nisi possidere vires igitur et  
 Secunda ratio est quod virtus est magis bene facere quam bene  
 pati. scilicet aggredi est bene facere: expectare autem vel sus-  
 tinere est bene pati. igitur et. Tertia ratio bene operari est  
 magis virtus quam turpia non operari. scilicet aggredi est  
 bene operari. expectare autem quod est non fugere. est tur-  
 pia non operari igitur et. Quarta ratio est quod virtus opera-  
 tioni virtutis debet laus et gratia. scilicet magis laudatur  
 inuadentes et inimicos repellentes quam expectantes et  
 sustinentes igitur et. Quinta ratio est quod virtus est cir-  
 ca difficile. et virtuosius circa difficilius. scilicet diffi-  
 cilius est aggredi quam expectare. igitur et. Sexta  
 ratio est quia virtuosius est ceteris paribus quod maiore  
 prebet rei publice utilitate. quia tale est amabile  
 et virtuosius actus sunt amabiles: scilicet aggredi est vir-  
 tiosius. cum per aggressum magis repellat inimici.  
 igitur et. Oppositum videtur vellemus Aristoteles dicens in  
 sustinendo ita quod tristitia fortis dicitur. et per totum ca-  
 pitulum de fortitudine Aristoteles magis loquitur de actu  
 sustinendi quam de actu aggressus tamquam actus sustine-  
 di sit principalior. unde dicit quod fortis est circa ma-  
 xima tribulatio. nullus ei magis sustinet. Dicendum  
 est quod cum non sit semper optimum aggredi vel etiam  
 expectare. sicut in precedentibus appuit. igitur duplex  
 est fortitudinis actus. scilicet fuga. expectatio. et  
 aggressus. de quorum actu adinuenit copatione  
 dicendum est primo quod fuga est minus principalis actus  
 ceteris duobus. scilicet quod expectatio est actus prin-  
 cipalior quam aggressus. primo sic probatur quia sicut dicitur  
 secundo huius circa difficilius semper ars sit et virtus  
 etenim bene melius in hoc. scilicet difficilius est aggredi  
 tribulatio et tristitia quam fugere ea. quam tristitia stupefa-  
 cit et corrumpit naturam hominis igitur huius. Item sup-  
 ponitur quod fortitudo magis opponitur timiditati quam  
 audacie et hoc dicit Aristoteles in 2<sup>o</sup> huius. et probatur  
 quia ad timorem tribulatio magis inuadit sumus quam ad  
 ipsorum audacia. sicut experientia docet. scilicet ad que  
 ipsi magis nati sumus aliquid hec magis propria  
 medio videtur. ut dicitur 2<sup>o</sup> huius. igitur et. Ex hoc  
 arguitur sic ille actus virtutis est minus principalis quam  
 magis affilatur vicio magis opposito virtuti. scilicet  
 fugere magis affilatur timiditati seu actui ipsi  
 us quam expectare vel aggredi. quam quidem timiditas  
 magis opponitur fortitudini. igitur et. Item ille ac-  
 tus est minus principalis quam est magis remotus ab  
 actu principalissimo. scilicet fuga est huiusmodi quia actus  
 principalissimus fortitudinis est expectatio sicut  
 dicitur in alia questione. fuga autem magis distat ab  
 expectatione quam aggressus quia tota tollit substantiam  
 expectationis. aggressus autem non. scilicet addit ei  
 Secunda conclusio probatur primo. quia sicut bene facere

bonum puta liberaliter dare est virtuosius quam bene  
 pati bonum. puta quam liberaliter recipere. sicut di-  
 citur capitulo de liberalitate. ita pro locum a proprio bene  
 pati malum. est virtuosius. quam bene facere malum. scilicet for-  
 titus sustinere est bene pati malum scilicet tristitia. fortis  
 autem aggredi est bene facere malum scilicet inimicos igitur  
 et. per 3<sup>o</sup> quod fortis expectatio copatur dationi liber-  
 rali et fortis aggressus acceptio. 2<sup>o</sup> quia sicut pro  
 us allegatum est circa difficilius semper ars sit et  
 virtus et. igitur ille actus virtutis principaliter ad virtutem  
 spectare quam difficilius est. scilicet difficilius est expe-  
 ctare bene secundum fortitudinem quam aggredi. igitur et. mi-  
 nor probatur quadrupliciter. primo quia bene sustinere re-  
 spicit proprie loquendo fortior inuadente. bene autem in-  
 uadere respicit magis debiliore defendente. ita  
 dens enim si secundum rationem inuadat. semper inuadit per  
 modum fortioris sperans salutem. scilicet expectans aliquam  
 videtur mortem et desperans salutem sustinet picula  
 et mortem. ne malum culpe committat. modo facilius  
 est aggredi debiliore et ubi est spes et de salute  
 quam expectare fortior et ubi desparat de salute  
 quam tribulatio mors Secundo quia expectatio est mo-  
 deratio timorem mixtum adhuc cum labore corpo-  
 ris et dolore. inuasio autem modum audacia. modo  
 difficilium est tale moderare timorem quia timor  
 et dolor sunt inuadenti vehementer trahere appetitum  
 Tertio quia difficilius est diu et perseveranter  
 manere in periculis et doloribus. quam subito  
 motu moueri ad pericula. sed expectare im-  
 portat temporis diuturnitate aggredi autem potest  
 quis subito motu. et ideo de audaci et forti di-  
 citur Aristoteles. audaces quidem preuolantes sunt ante pe-  
 ricula. in ipsis autem discedunt. fortes autem in ope-  
 rationibus acuti. prius autem quieti. quarto quia  
 expectans et sustinens percipit in presenti pe-  
 ricula et dolores. aggredienti vero nondum sunt  
 presentia pericula et dolores. sed mala presen-  
 tia fortioris sunt motus quam mala futura: unde  
 dicit Aristoteles capitulo de temperantia. hec  
 quidem enim. scilicet pericula futura vel in inuenerunt  
 considerata. sine tristitia sunt. hec autem scilicet pericu-  
 la presentia et in particulari apprehensa propter tristitiam  
 stupefaciunt. ut arma percipiunt. et alia difformiter  
 faciunt. tristitia namque stupefacit et corrumpit natu-  
 ram hominis. Et 2<sup>o</sup> rhetorice dicitur sunt autem ausibilia pi-  
 culosa longe entia. non enim omnia timeant. scilicet quicquid tri-  
 stitias magnas aut corruptiones presentia. et hoc. si  
 non longe scilicet prope videantur. sciunt enim omnes quod mori-  
 entur. scilicet quia non prope nihil curant. 3<sup>o</sup> ad principale  
 arguitur ille actus virtutis est principalior quam immediatus  
 respicit bonum honestum. scilicet bonum virtutis. scilicet expectatio est

huiusmodi probatur quia aggressus licet sit finali-  
 ter propter bonum virtutis saluandum. tamen immediate est  
 vel ad victoriam aut lucrum optinendum super inimicos.  
 vel ad repellendum inimicos ut non obtineant  
 in futurum. scilicet expectatio (specialiter ubi mors ap-  
 paret) ad nullum eorum tendit immediate. scilicet solus  
 ad honestum fouendum. et ad euitandum malum culpe  
 quod committitur in fuga igitur. Quarto arguitur sic  
 ille actus virtutis principalior actus virtutis quam magis  
 distat ab extremis viciis. scilicet expectatio est huius-  
 modi quia fortitudo magis puenit audacie in ag-  
 grediendo: quam in expectando. et ex alia parte magis  
 puenit timiditati in fugiendo quam in expectando. er-  
 go et. Et attendendum quod aliquando magis est ag-  
 gredi quam expectare imo quod expectatio sine agres-  
 su esset viciosa. et similiter aliquando fuga est melior  
 igitur copatio ista de qua locuti sumus. non est atten-  
 denda respectu eiusdem actus et eodem modo circu-  
 stantionati. scilicet respectu diuersorum. ita scilicet quod sur-  
 primus actus expectationis est virtuosior supermo  
 actu inualiois. Notandum etiam est quod fuga est mi-  
 nimus fortitudinis actus: igitur sibi nulla attribu-  
 itur prius fortitudinis que ceteris solent enume-  
 rari aucte Tullii. dicit enim Tullius in sua rhe-  
 thorica quod fortitudinis partes sunt magnificentia pro  
 fiducia patientia et perseverantia. et ista nomina non  
 videntur esse proprie supra. sicut etiam Seneca minus  
 proprie fortitudinem vocant magnanimitatem. he-  
 autem partes sic artificialiter distinguuntur. quam duplex  
 est primarius et principalis actus fortitudinis scilicet  
 expectatio et aggressus. et iteque duplex est ei-  
 us et secundarius actus scilicet piculorum vel dolorum  
 susceptio et dolorum pessione propter bonam expecta-  
 tionem requirit presentia reddens eam firmam et insu-  
 pescibilem. unde de hac parte loquens Aristoteles dicitur prin-  
 cipaliter autem dicitur fortis quod circa bonam mortem impa-  
 vidus. et quecumque mortem inferunt repentina ex-  
 tertia. et quod fortis est insuspescibilis ut homo. scilicet propter bonum  
 aggressum igitur fiducia. vel fiducia reddens aggressus  
 suum viuendum et acutum. unde de ista parte dicitur Aristoteles. de  
 sperans utique quod timidus. fortis autem proprius. in au-  
 dedo ei bone spei est. scilicet propter dolorum corporaliu su-  
 sceptionem regitur patientia reddens eam tolerabilem  
 inprobabilem specialiter propter delectationem quam habet for-  
 tis in se quod puenat sibi et auget bonum virtutis in tales pa-  
 tiendo dolores. de qua parte dicitur Aristoteles. mors quidem  
 et vulnera tristitia forti et volenti erunt. sustinet  
 autem si quam bonum scilicet propter laborum pessionem reg-  
 ritur perseverantia. supra tamen non ut opponitur molli-  
 ei de qua dicitur in septimo. scilicet ut est circa labo-  
 res ad fortitudinem pertinentes. hec igitur perseveran-

tia reddit predicta laborum pessionem infatigabi-  
 le modo humano. de qua dicitur Aristoteles. audaces quidem  
 puolantes ante picula: in ipsis autem discedunt fortes  
 autem in operationibus acuti sic igitur patientia sequitur  
 presentia sicut dolores expectationem. et perseverantia  
 fiducia sicut labores aggressus. Tullius igitur  
 tur pro magnificentia et Seneca pro magnanimitate  
 tamen debebat intelligere presentiam quam nominibus a ma-  
 gnitudine superis appellauerunt propter hoc quod spe-  
 ctat ad maximum fortitudinis actum. Tunc re-  
 spondendum est ad rationes. Ad primam dicendum est quod  
 uti virtuosius est et melius quam possidere. scilicet expe-  
 ctare sustinendo picula presentia et dolores est mul-  
 to magis uti viribus anime quam aggredi. sicut dicitur  
 est igitur et. Ad aliam dictum fuit in prima ratione se-  
 cunde conclusiois. Ad tertiam potest responderi per tertiam  
 am rationem secunde conclusiois. bonum enim honestum tanta  
 habet bono presentia: quam melius est fugere tur-  
 pe. quam quodcumque utile procurare: et cum hoc expectans  
 bene secundum dictam rationem non solum fugit malum cul-  
 pe scilicet maximum et optimum fortitudinis actum ex-  
 ercet. Ad quartam dicendum est quod pro plus aliquando  
 laudat non laudabilem que scilicet studiolum non lau-  
 daret. laudat enim illum qui quicquid delectabile et vir-  
 tile prebet. licet per immoderatum actum aut turpem. et  
 ita sepe laudantur audaces et prodigi et bomolo-  
 gi. dicente Aristoteles. quarto huius quod pluribus gaudet  
 tibus ludo et ipso percipiari magis quam ovis et bomolo-  
 gi eutrappelli appellantur et gratiosi dicen-  
 dum igitur quod studioli magis laudantur expectate o-  
 ptime. quam optime inuadente. licet magis debe-  
 at laudari inuadens ubi ratio dicitur inuadente et non  
 solum expectare. Ad quintam dictum fuit in secunda  
 ratione secunde personis. Ad sextam dicendum est quod non  
 semper est melius quod rei publice utilius. sic enim  
 multa pecunia esse melior quam unus homo bene probus  
 unde dicitur Aristoteles. milites forsitan nihil prohibet non ta-  
 les. id est non vera fortitudine fortes esse optimos. id est  
 maxime utiles: scilicet eos qui minus quidem fortes A-  
 liud autem nullum bonum habentes pati quidem enim isti ad  
 picula. et vitam ad pauca lucra permittunt. potest etiam  
 dici quod optima expectatio et susceptio mortis  
 ita posset aliquo casu saluare civitatem et totam  
 gentem adhuc in maiori piculo existeret. sicut opti-  
 mus aggressus. Et sic est finis questionis.

Decimo tertio queritur Virtus inter quicquid  
 similitudinarias fortitudines fortitudo  
 politico magis assimilatur vere fortitudi-  
 ni. Arguitur quod non. quia continet sub se forti-  
 tudinem a principibus coactam. modo coactio repu-  
 gnat omnino vere fortitudini et omni virtuti.

Itē illa que magis picipat modū v̄tutis af-  
similaf magis vere fortitudini. s̄ fortitudo mi-  
litaris est hmōi. p̄bat̄ q̄a prudētia est regulav̄  
tutū. et in ea p̄ueniūt v̄tutes oēs. vt p̄3 in sex-  
to. iō illa fortitudo magis h̄3 rōem v̄tutis q̄ ma-  
gis v̄tū prudentia. mō fortitudo militaris est  
hmōi. q̄a milites sūt experti in bellis. ⁊ sciunt  
quō h̄ndum sit in bello ad p̄cutē et inuadē ad  
se defendē et custodire. Hec aut̄ scia nō aliud  
esse videt̄ q̄ prudentia. cū prudentia sit recta  
rō agibilibiū igit̄ ⁊c. Itē3 videt̄ q̄ fortitudo  
ex ira sit similior vere fortitudini. tū q̄a v̄a for-  
titudō irā assumit sibi in adiutoriū. dicēte Añ  
fortis. q̄dem igit̄ p̄pter bonū opaf. furor at̄ co-  
opaf eis: Tū q̄a dicit etiā Añ. q̄ naturalissima  
videt̄ que p̄pter furorē fortitudo p̄cipiēs e-  
lectionē. p̄pter q̄d et fortes furoris sp̄m h̄nt  
Itē videt̄ q̄ fortitudo ex spe sit similior. q̄a  
dicit Añ. desperās v̄tiq̄ q̄s timidus. fortis aut̄  
cōtrarius. in audendo eī bone spei est. p̄p̄t q̄d  
etiā fidentia posita fuit sup̄ius vna p̄tiū fortitu-  
dinis. Itē videt̄ q̄ fortitudo ex ignorantia  
sit sibi similior. q̄a forti maxime videt̄ approp̄  
ari ignorātia dicente Seneca in suo libello de  
quattuor v̄tutibus cap̄lo de fortitudine q̄ ma-  
ximū genus vindicte sc̄3 spectās ad ip̄am for-  
titudinē est ignoscere. et Añ. de magnanimo  
quē asserit in omni v̄tute magnū esse dicit q̄  
magnanimus neq̄ memor mali est. nō enī est  
magnanimi recordari mala. s̄3 magis despiciē  
Oppositū arguit̄ q̄a de fortitudine politica  
dicit Añ. Assimilaf aut̄ maxime ei q̄ dicta  
est. hoc est vere fortitudini: cuius rōem subdit  
dicēs. qm̄ p̄pter v̄tutem sit p̄pter verecūdiā enī  
et boni desiderii. honoris enī gr̄a et fuge ob-  
p̄brii exūtis. Primo videndū est q̄ et quot ponā-  
tur silitudinarie fortitudines: Sc̄o quā simili-  
tudinē vel dissilitudinē habeāt cū v̄a fortitudi-  
ne Tertio ex his videbit̄ p̄positū. Quātū3  
ad p̄mū. manifestū est q̄ Añ. qnq̄ ponit silitu-  
dinarias fortitudines. quarū Prima i duas di-  
uidit̄. et ita sūt sex. Prima ḡ ē fortitudo politi-  
ca et est illa p̄ quā ciues p̄pter ea que p̄ncipes  
possūt eis largiri vel inferre aggrediunt̄ poten-  
ter belli picula: q̄ est duplex. Prima est s̄3 quā  
vident̄ sustinere picula ciues p̄pter eas q̄ ex  
legibus increpationes et ob p̄bria et honores ⁊  
p̄pter hoc fortissimi vident̄ esse. apud quos ti-  
midi inhonorati et fortes honorati scilicet a  
principibus. Secunda est per quā ciues p̄pter ti-  
morē pene corporis. aut amissionis possessio

num aut hereditatum periclitantur s̄3 quia sic  
solent dñi pugnare. fugientes aut̄ nō aggredi-  
entes piclūm Tertia fortitudo est sc̄m quā pro-  
pter exp̄ientiam et artem bellandi homines  
audacter aggrediunt̄ pericula et hec est for-  
tudo militaris: milites enī propter experiēti-  
am sciunt multa que in bellis videntur inex-  
p̄tis terribilia nullum habere periculum. sicut  
sūt fragor armorum. strepitus equorum et hu-  
iusmodi. per artem etiam bellandi sciunt in-  
uadere ad nocendum et custodire se vt nō pa-  
tiantur. propter quod isti alii quēadmodū ier-  
mibus armati pugnant ⁊ athlete idiotis. iō ne-  
q̄ mirum si sunt magis audaces. Quarta forti-  
tudo est per furorē siue iram. impetuossim⁹  
enī est furor ad pericula. et iste modus non est  
homini proprius. sed communis feris. ferās eī  
videmus aliq̄n potenter adinuicem bellare p̄-  
pter iram. Quinta fortitudo est ex spe vincē-  
di propter multotiens alias vicisse. Sexta for-  
titudō est ex ignorantia periculi vel q̄tatis  
eius aliqui enī vere timidi pericula maxima  
aliq̄n agrediuntur. quia nō putant ibi talia es-  
se pericula. vnde (sicut dicit Añ:) cum p̄cepe-  
rit sc̄3 periculum. statim fugiunt. Quātū3  
ad sc̄m p̄positum sciendum est q̄ ad omē o-  
pus virtutū virtuose operandum multe requi-  
runtur cōditiones. quarū quattuor multū p̄-  
cipales ponit Añ. 1. huius. primū quidem o-  
portet q̄ sciens opetur. quia oportet omne v̄-  
tutis opus prudentia regulari. 2. q̄ eligēs. q̄  
virtus est habitus electiuus. tertio q̄ eligens p̄-  
pter hoc. i. p̄pter bonitatem et honestatem ip̄i  
us operis fm̄ se. quarto q̄ firme ⁊ immobili-  
t. quinta cōditio addenda est q̄ delectabilit. vñ  
p̄mo huius nullus v̄tiq̄ bonus est qui nō gau-  
det bonis operibus. ⁊ inducit ibidē in iusto et  
liberali. et ita dicit esse in aliis. Ex q̄bus fina-  
liter p̄cludit. si aut̄ sit fm̄ seip̄as. v̄tiq̄ erūt fm̄  
virtutē opationes delectabiles. Secūdo eti-  
am sciendū ē q̄ duo fuerunt positi p̄ncipales a-  
ctus fortitudinis sc̄3 expectatio ⁊ aggressus. ap-  
paret ḡ q̄ qnq̄ p̄me fortitudines cū vera forti-  
tudine p̄ueniūt in p̄ma p̄ditione v̄tutis. q̄a oēs  
isti scientes et p̄siderātes picula aggrediunt̄ ea  
Sexta vero fortitudo deficit in hoc. nā inuadē-  
tes ex eo q̄ piculū ignorant. nō inuaderent si  
scirent. q̄a remota cā remouet̄ effectus. vere  
aut̄ fortis nō est talis. q̄a fm̄ Tulliiū fortitudo  
est cōsiderata piculorū susceptio. et laborū p̄-  
pessio. Tertio apparet q̄ he om̄s fortitudines

in sc̄a p̄dicatione v̄tutis p̄ter quartam cōueniūt  
q̄ est ex iravel ex passione. q̄d enī ex passione  
fit. nō fit fm̄ electionē. vñ 3. huius nequaq̄ que  
p̄pter irā fm̄ electionē esse vident̄. et q̄a opari  
fm̄ passionem p̄uenit brutis q̄ electionē nō cō-  
municāt. alie aut̄ qnq̄ fortitudines multū dif-  
ferent eligūt. Nā p̄ma fortitudo ⁊ tertia ⁊ q̄n-  
ta et sexta sp̄ote eligunt. Secūda aut̄ cū coacti-  
one q̄dā. nā met⁹ pene et si nō cogit simplr. tñ  
modū h̄3 coactiōis. inq̄tū q̄ metu eligif nō est  
volūtariū simplicit. s̄3 mixtū ex inuolūtario vt  
apparet 3. huius. et q̄tū ad hoc ista sc̄a forti-  
tudo magis recedit a vera fortitudine sicut enī  
metus aliq̄liter excusat actus turpitudinis i p̄-  
uis opibus. ita etiā quodāmo accusat actus de-  
cētā in studiosis. p̄pter q̄d dicebat Añ. Sed at̄  
nō p̄p̄t necitatē fortē eē. s̄3 qm̄ bonū. Tertio ap-  
paret q̄ oēs ille sex fortitudines deficiūt a ve-  
ra fortitudine in tertia cōditioe v̄tutis. nulla  
enī elegit opus fortitudinis p̄p̄t seip̄am. sed p̄-  
ma p̄pter honores adipiscēdos exteriores. ⁊ vi-  
tupia euitāda. sc̄a vero ad euitādū penā vel  
dānū. tertia aut̄ p̄pter lucrū ⁊ stupēdia h̄nda. si  
hec tertia debeat ab aliis seiūgi. quarta aut̄ nō  
eligit sicut dictū fuit. s̄3 tñ fm̄ passionē ire' sta-  
tuit sibi vindictā in fine. q̄nta aut̄ et sexta vi-  
dent̄ sibi statuerē finē. victoriā ex eo enī q̄ eā  
sperāt aggrediunt̄. Quarto manifestū ē q̄  
in q̄rta cōditione v̄tutis p̄ma fortitudo p̄uenit  
multū vere fortitudini. q̄a manēte cā manet ef-  
fectus s̄3 isti p̄pter honorē adipiscēdū bellāt. et  
magis pleuerātibus ⁊ sustinētibz maior debet  
honor. iō tales appetūt et sustinēt ⁊ pleuerare.  
Secūda aut̄ fortitudo est minus firma. q̄a cum  
viderint occasione recedēdi q̄ excusari possint  
vt penā dubitatā nō incurrāt. recedēt statim.  
Tertia aut̄ fortitudo nō est stabilis. q̄a milites  
bellāt audacter solū p̄pter fiduciā in arte sua p̄  
quā sperant eē fortiores. cū igit̄ p̄ eandē artē  
citissime p̄cepint excrescētā piculi. in tñ q̄ e-  
tiā cū arte sua nō sperēt eē fortiores. fugiūt p̄-  
mi sicut dicit Añ. Quarta etiā fortitudo nō ē  
cōstās/qm̄ ira tpe digerit ⁊ trāsit. vt dē 2. rhe-  
torice. q̄a nō ē ira nisi cū spe vindicte. p̄p̄t q̄d si  
cut dicit p̄mo rhetorice nō irascunt̄ hoies vel  
minus irascunt̄ his q̄ multū sup̄ se potētes. q̄a  
sc̄3 desperāt vindictā. cū igit̄ sup̄excreuerit pi-  
culū vt nō sperāt obtinere posse vindictā. ces-  
cat ira ⁊ fugiūt. Similiter q̄nta fortitudo stabi-  
lis nō est: cū enī bellāt ex spe obtinēdi eo q̄ a-  
lias obtinuerint. sepe etiam viderunt vltra fo-

litū excrescere piculū cessat spes et fugiūt. Se-  
xta aut̄ fortitudo statim fugit cū sciuerit picu-  
lū. q̄a cessat ignorantia. Quia videt̄ q̄ in q̄n-  
ta cōditione v̄tutis cōueniūt oēs fortitudines  
p̄ter sc̄am. oēs enī bellāt p̄pter desiderii ⁊ sp̄e  
finis delectabilis optinēdi mō in tali spe est de-  
lectatio. vñ p̄mo rhetorice sperātes quō adipi-  
scenē gaudēt. vt puta in febriz h̄ntes sitim spe-  
rātes bibē gaudēt. Sed diceres tu. quare nō gau-  
det sc̄a fortitudo. nōne etiā bellat p̄pter finē  
delectabile. sc̄3 p̄pter corporis salutē. dicendū  
q̄ illa nō gaudet in actu illo bellādi. q̄a nō ope-  
rat̄ p̄ modū cōcupiscētie finis s̄3 p̄ modū timo-  
ris amissionis. timor aut̄ semp̄ est cū3 tristitia.  
Et iterū finē illū sc̄3 salutē posset h̄re sine bello  
si nō cogeref a p̄cipe. cū igit̄ oīs coactio et vi-  
olētia sit tristis. sequit̄ q̄ ille modus p̄curandi  
salutē sc̄3 p̄ bellū est illi tristis. violentē enī pi-  
cula sustinere et dolores est v̄ndiq̄ triste. Sexto  
⁊ vltimo manifestū est q̄ oēs ille fortitudines  
vere fortitudini assimilant̄ in aggressu. s̄3 quō  
⁊ que assimilant̄ sibi in expectatiōe. manifestū  
fuit satis in quarta cōditione v̄tutis. De 3. p̄po-  
sito dicendū est q̄ p̄ma fortitudo int̄ cetēas ma-  
ximē assimilant̄ vere fortitudini. q̄d p̄bat̄ ex  
dictis qm̄ sibi magis cōueniūt cōditiones v̄tutis  
et p̄ p̄ns vere fortitudinis. ip̄a enim opaf sciēs  
q̄d nō facit sexta. Ipsa etiā opaf eligens q̄d nō  
facit quarta neq̄ sc̄a. nisi improprie sc̄3 electi-  
one quasi coacta ⁊ quasi inuoluntaria q̄ est con-  
tra rationem virtutis ip̄a etiā3 p̄ma fortitudo  
sup̄ ceteras magis firme et immobilit̄ opatur  
Iterū etiā ⁊ magis delectabilis. q̄a honor q̄  
est eius finis est delectabilissim⁹ vt dicit p̄-  
mo rhetorice. Itē3 quo ad tertiā cōditionē v̄-  
tutis manifestū est q̄ licet nulla istaz fortitu-  
dinū statuat sibi p̄ fine finē vere fortitudinis:  
tñ p̄ma fortitudo statuit sibi finē meliorē et p̄  
pingorē fini vere fortitudinis. qm̄ oēs iste for-  
titudines p̄ter sc̄am statuūt sibi finē aliqd ex-  
teriorū bonorū. mō int̄ oīa bona exteriora ho-  
nor ē optimū et v̄tuti cōueniētissimū q̄ enī ho-  
nor sit optimū oīm exteriorū bonorū. p̄bat̄ Añ  
quarto hui⁹ dicens maximū aut̄ hoc v̄tiq̄ po-  
nemus q̄d diis attribuimus et q̄d maxime desi-  
derāt que in dignitate et q̄d in optimis p̄mū3  
tale aut̄ est honor maximum enī hic v̄tiq̄ eorū  
que exterius bonorum. Item honor est  
virtuti conuenientissimum quia est p̄mū3 vir-  
tutis primo huius. ⁊ quia desiderium honoris  
ducit naturaliter ad desiderium virtutis. q̄ enī

desiderat honorem. ipse naturaliter debet ipsum desiderare pro quod debetur sibi honor. et propter quod prudentes et boni honorant ipsum sed hoc est propter virtutes et pro virtutes. quoniam finem veritatem solus bonus est honorandus. quanto huius. honor enim et laus ita sunt virtutis sicut scadala et vituperia viciorum. Item ad hanc conclusionem probanda Aristoteles adducit hanc rationem. assilatur autem hec scilicet prima fortitudo maxime ei quae prius dicta est. id est vere fortitudini quoniam propter virtutes sit. propter verecundiam enim et boni desiderium. honoris enim gratia. et surge obprobrii turpis exitus. Sed in hac Aristoteles ratione. dubia latent. quoniam si talis operaretur propter virtutem tunc ipsa esset vera fortitudo. non solum sicut dinaria. Item Aristoteles videtur probare quod ipsa fiat propter virtutem. quia ipsa fit propter verecundiam. hoc autem non sequitur. nisi diceremus verecundiam esse virtutem. quod non est verum: ut patet quarto huius. imo cum virtute non stat verecundia. dicitur Aristoteles. quarto huius neque enim studiosi est verecundia. Item etiam videtur arguere quod fiat propter virtutem. ex eo quod fit propter boni desiderium scilicet honoris gratia. et fuge turpis. modo hoc non concludit. quia virtus non operatur propter desiderium cuiuslibet boni. sed propter bonum ipsius operis virtuosum sibi se. non gratia alterius extrinseci unde dicit Aristoteles finis autem operis operationis est qui secundum habitum. et forti autem fortitudo bonum. talis autem et finis. determinat autem unumquodcumque sine. boni utique gratia fortis sustinet et operatur que secundum fortitudinem. Sed ad omnes istas obiectiones simul dici potest quod non erat intentio Aristoteles. quod illa prima fortitudo fieret propter virtutem sic quod actus eius perveniret ex habitu virtutis. sed quod ipsa et eius operationes disponunt ad virtutes. dictum enim fuit quod desiderium honoris est innatum ducere ad desiderium virtutis. modo quod disponit ad alterum. dicitur esse propter illud. hoc est illius gratia. quod igitur illa fortitudo disponat ad virtutem probat Aristoteles convenienter pro hoc quod est propter verecundiam et gratia honoris. quoniam verecundia disponit ad virtutem. prohibet enim a peccato ut dicitur quarto huius. Adhuc autem bene restaret dubitare de comparatione secunde fortitudinis. et aliarum sequentium ad invicem. sed non est magna vis. ideo potest responderi. Ad rationes. Ad primam potest dici quod Aristoteles. posuit fortitudinem politicam magis sibi vere fortitudini. non quantum ad secundam fortitudinem. sed quantum ad primam. sicut patet in littera. Ad aliam dicendum est quod miles non bellat fortiter ex prudentia sed ex arte. Ars enim est recta ratio factibilium prudentia vero est recta ratio

gibilium. id est eligibile et agibile sexto metaphysice. Ars igitur docet quod et pro quod media opus faciendum possit citius et facilius cum minoribus expensis et minori periculo presumari. et quod et pro quod media opus consummatum erit secundum melius et perfectius. nihil autem intermittit se ars utrum opus illud ordinem ad finem bonum vel ad malum. domificator enim ita domum facit bonam et firmam pro arte pro latronum habitatio sicut pro dei adoratione. sed prudentia sibi statuit optimum finem. et docet omne opus in illum finem dirigere. et tale modum et talia media in opere suo eligere. in quo suum honestate semper servata possit melius operari suum in finem statutum dirigere: unde in secundo huius dicit Aristoteles. adhuc autem neque sibi in artibus et virtutibus. quod enim in artibus sibi bene habet in eis. sufficit igitur hoc. qualiter habitus fieri. que autem secundum virtutes sibi neque si hoc qualiter habeat. iustitiam temperate operata sunt. sed si operans qualiter habens operetur. primum quidem si sciens. deinde si eligens. et eligens propter hoc. id est: quod autem dicitur hic de virtute. suo modo dici potest de prudentia. cum prudentia non sit sine virtutibus moralibus. neque virtus moralis sine prudentia modo constat quod miles ita sciret bellare et bellum ad perfectam victoriam deducere si bellaret propter lucrari vel tyrannizare aut propter finem pessimum. sicut si bellaret propter summum virtutis bonum. igitur patet quod hec scientia non est prudentia. sed ars. de tali autem scientia debet intelligi quod in secundo libro dicebatur. ad virtutes autem et scire quidem nihil aut parum potest. Ad aliam dicendum quod non ex eo aliquid dicitur sibi virtuti quod virtus illud assumit in adiutorium sibi. imo virtus omnia bona humana et corporis et anime et exteriora sibi assumit in adiutorium. et eis virtutibus bene ad debitum finem. sicut dicebat in primo libro. passiones autem appetitus sensus non sunt male secundum se quia natura non instituit eas. et quoniam neque dicimur sibi passiones studiosi et pravi. neque laudamur neque vituperamur. Et dicitur secundum huius. bone igitur sunt cum eis utimur bene. et male cum male utimur. quod assuit iram et alias passiones in adiutorium sibi medietas tamen sive reglata secundum dictamen rationis. vicium autem vitur eis secundum extremum et male unde secundo huius habitus autem sunt secundum quos ad passiones habemus bene vel male. si quidem vehementer vel remisse. male habemus si autem medie bene dico igitur quod fortitudo assumit sibi in adiutorium et iram. et artem militarem et

honoris desiderium et multa alia. sed non nisi dirigendo ea in debitum finem. id est magis est virtuti conueniens. et disponit magis ad directionem in debitum finem virtutis. si autem est desiderium honoris. quia disponit (sicut dictum fuit) ad desiderium virtutis et rectam electionem. ars autem militaris et ira disponunt magis ad subtilius et citius proficiendum operando nulla habentes determinationem ad finem bonum siue malum. id est nihil valet ira virtuti nisi paccipiens electionem. sed tunc est fortitudini conuenientissima specialiter quo ad aggressum. quia dat ei impetum fortissimum. desiderium virtutis aut honoris. etiam si aliam non passumat electionem quam honoris valet multum ad desiderandum et accedendum virtuti. id est prima fortitudo est melior. cum hoc etiam quod sicut ira reddit impetuosior aggressum. ita desiderium honoris constantiore expectationem quam erat fortitudinis maior actus. quod etiam dictum est fortes furoris spiritum habent gloriam debet spiritum. id est similitudinem non in electione nec in fine. sed in impetuositate aggressus in qua adhuc est multa dissimilitudo. quia sicut est audacia ita et furor in principio acutus est valde per tempus autem digerit et remittit valde. ut dicitur in secundo rhetorice. fortes autem in operationibus acuti et constantes prius accipiunt: in quo etiam plus pervenit eis fortitudo prima quam quarta. Ad aliam dicendum quod vera fortitudo assumit sibi spiritum in adiutorium ad perveniendum in aggressum. sed illa spiritum non assumit principalem ex sepe vicisse sicut quia fortitudo. sed ex virtute firmate mente eius in desiderio boni finalis quod sperat et intendit pro constantem periculum suscepti onem et aggressum vividum adipiscere. etiam si mortem despet. Ad aliam dicendum est quod sexta fortitudo pericula ignorat. vera autem fortitudo non. sed ea considerat et providet. unde dicitur Tullius quod fortitudo est considerata periculum susceptio et laborum propositio quoniam etiam in repetitis timoribus fit in pauida propter habitum et impurbata quod non est ita de quanta fortitudine. sed vere fortitudinis est ignoscere mala sibi illata et iniurias. sic ut eorum memoria nullam det ei preter iudicium rationis impetum ad vindictam vel ad vindictam excessum. propter quod dicitur Seneca. si fortis fueris et inimicum in parte tua videris. vindictam putabis vindicare potuisse. Et sic est finis questionis.

In secundo quanto queritur Vtrum fortis in omni actu fortitudinis delectetur. Arguitur quod non. quia dicitur Aristoteles. in sustinendo vitium tristitia fortes dicuntur. propter quod et triste fortitudo dicitur etiam Aristoteles. non vitium in omnibus virtutibus delectabiliter operari. preterquam in quantum finem attingit.

Hoc autem dici propter fortitudinem in qua non existit delectabiliter operari. sed tu dices quod illa clausula preterquam in quantum finem attingit soluit argumentum. non enim delectatur fortis in vulneribus aut in morte sibi se. sed scilicet quod pro hoc attingit finem fortitudinis. Contra quia dicitur Aristoteles. quod licet finis fortitudinis sit delectabilis tamen a super excellentibus doloribus evanescit illa delectatio. Etiam sicut dicitur Aristoteles. propter multa esse hec scilicet tristabilia parum existens. cuius gratia nihil delectabile videtur habere. Item sustinere mortem est aliquando actus fortitudinis. sicut dictum fuit ante. sed in sustinendo mortem fortis non delectatur. probatio quia vel delectatur sibi sensum vel sibi intellectum. sed nullo modo igitur. et. probo primo quod non sibi sensum quia delectatio non videtur simul in eodem et sibi eandem potentiam stare cum tristitia propter hoc quod est sibi contraria et tamen ille tristatur sibi sensum. unde dicitur Aristoteles. pro cuti autem dolorosum. si carnales et triste omnis labor. Et confirmatur. quia et si tristitia remissa compatitur aliquando delectationem. tamen tristitia maxima nulla compatitur. sed ille maximam sustinet tristitiam. quia nullus videtur esse maioris tristitie capax sibi sensum saltem quam mortis terribilissimum enim mors. ut dicitur Aristoteles. deinde probo quod non delectatur sibi intellectum. primo quia dicitur primo huius quod in virtuosum omnia consulant rationem. quod non esset verum si tristitia maxima sensus staret cum delectatione intellectus. Iterum sibi intellectum. tristatur valde. de hac enim tristitia loquens Aristoteles. dicitur quanto vitium virtutem habeat omnem et feliciorem: sic magis in morte tristior erit. tamen enim maxime vivere dignum. et iste maximis pervenit bonis sciens. triste autem hoc. Item si sustinendo mortem fortis delectaretur: hoc esset propter virtutem vel virtuosum operis acquisitionem vel exercitium. sed ob hoc delectari non debet. quia in sustinendo mortem nec virtutes nec opus virtutis acquirit. sed totum amittit. igitur. et. Et confirmatur. quia eodem actu non acquirit aliquis bonum virtutis et privatur eodem. sed in sustinendo mortem fortis privatur bono virtutis. unde dicitur Aristoteles. et iste maximis bonis privatur sciens. Item delectatio in actu fortitudinis est quidem actus fortitudinis ergo si fortis delectaretur in omni actu fortitudinis. ille delectaretur in illa delectatione. et iterum in alia delectatione. et sic in infinitum quod est inconueniens. Oppositum arguitur quia dicitur Aristoteles secundo huius. amanti bus autem bonum sunt delectabilia que natu

ra delectabilia. tales autem sunt virtutem operationes et addit. nullus enim est bonus qui non gaudet bonis operationibus neque enim iustum aliquis diceret utique non gaudentem iusta operatione. neque liberaliter non gaudentem liberalibus operationibus simile autem in aliis. Item secundo huius dicitur signum autem oportet facere hitum supuenientem voluptatem vel tristitiam opibus qui quidem recedit a corporalibus voluptatibus et huius ipse gaudet. tratus. qui autem tristat. in tratus. et qui sustinet picula et gaudet. fortis qui autem tristat. timidus. huius idem vult Seneca epistola ad Lucillum allegans enim Attalum Stoicum et Epicurum dicit Attalus Stoicus dicitur solebat malo me fortuna in castris suis quam in deliciis habeat. Torqueor sed torquere bonum est. occidit. sed fortis bonum est audi Epicurum dicit et dulce est: nihil enim est virtute pretantius. nihil pulchrius. et bonum est optabile quod quod ex eis gerit impio. Item in epistola quid quis dicit sicut in perfectis adhuc inter se dicitur letitia. sapientis vero gaudium nulla carum. nulla fortuna. tempus et ubique tranquillitas est cuius rationem assignat dicitur non enim ex alieno pedet. nec fauore fortune aut hominis expectat domestica illi felicitas est. exiret ex animis si in traret ubi nascitur. Sciendum est sicut videbitur ubi de delectatione tractabitur quod delectatio vel saltem minoratio quedam tristitie consequitur inseparabiliter omnem apparentem adeptionem cuiuslibet sub ratione boni apprehensa. aut etiam huius adoptionis spem vel memoriam. et omnem apparentem puationem cuiuslibet sub ratione boni apprehensa aut huius puationis spem vel memoriam sequitur tristitia inseparabiliter vel saltem aliqua remissio delectationis et suo modo dicendum est e converso de apprehenso sub ratione mali. et hec supponimus in hoc loco. Quibus suppositis aliqui dicunt quod fortis in omni fortitudinis actu delectatur quo ad intellectum. sed non quo ad sensum. quod probatur. quia fortis omnem actum fortitudinis quem exercet apprehendit sub ratione boni. propter quod et ipsum electiue operatur. cum virtus sit habitus electivus. aliter enim non operaretur secundum virtutem cuius dicitur in 2<sup>o</sup> huius quod ea que secundum virtutes fiunt neque si hoc qualiter habeant. iuste vel temperate operata sunt. sed et si operans qualiter habens operetur. Primum quidem si sciens deinde si eligens. et eligens propter hoc. Ergo secundo notabile presupposita delectatio de necessitate sequitur illud opus et quia illa cognitio qua fortis apprehendit huiusmodi opus esse bonum est cognitio intellectiva. et non sen-

sitiva. sensus enim non apprehendit illud sub ratione boni quo maxime ledit et exterrere sed vulnerum susceptio et mortis expectatio. in quibus aliquando persistit opus fortitudinis. maxime secundum sensum ledit et exterrere. delectatio consequens huiusmodi opus non est delectatio sensualis sed intellectualis. Et hec ratio bene videtur probare quod in tali actu fortitudinis intellectus delectatur et sensus tristatur dolet sed dubium relinquere. an cum hoc intellectu in tali actu tristatur et sensus delectatur. Ad hoc videtur statim dicendum esse quod intellectus in tali actu multipliciter tristatur et specialiter si secundum quod multi phororum putaverunt alia vita scilicet felicitas premitioria non spectatur quam fortis per tale actum iudicat se bona maxima perditur. scilicet omnia bona virtutum. et cum percipiat esse dignum ipsum vivere et se posse comitari multum proficit. iudicat se moriturus. triste autem hoc sicut dicit Aristoteles. Tamen concedi debet quod fortis in tali ope fortitudinis magis delectatur quam tristatur. quam aliter ipse cito possit desistere ab ope illo effugeret. et quam quanto aliqua meliora esse vel peiora iudicant. tanto ea adepti maior delectatio et tristitia consequitur fortis autem tale opus fortitudinis iudicat esse magis bonum quam iudicat malum esse vulnera sustinet et mori. quod ex hoc apparet. quia ita est secundum reversionem sicut dictum fuit in questione decima octava. huius libri fortis autem iudicat sicut est. eo quod studiosus circa singula iudicat recte. et si talis magis delectatur quam tristatur non est dubium quin multo delectatur excellentius. si recte speraret per tale opus mereri vitam eternam. et nihil amittere de bonis virtutum. imo etiam tunc nullam videret apparere causam tristitie secundum intellectum. nisi forte de peccato aliorum qui sibi tale inferunt mortem iniuste. Posset etiam dici quod fortis delectatur aliquo modo in tali ope secundum sensum. quam licet talis appetitus sensitivus sibi et obiecto sensitivo derelictus nullo modo in tali opere delectatur sed omnino tristatur. tamen appetitus sensitivus per virtutem inclinatus ad imperium rationis aut ipsius voluntatis. delectatur in se. quando iudicium rationis et imperium voluntatis nam ad quodcumque opus appetitus fuerit inclinatus. in ipso adeptio gaudebit. et tu potes exemplum accipere ex hoc quod inclinatio et operatio virtutis vegetative variatur aliquando non secundum sui obiecti exigentiam sed etiam secundum exigentiam et impium virtutis superioris puta sensibilis. unde si cibus parum dererit apparuerit conveniens. proficit. et si apparuerit discorveniens immundus et venenosus. licet sit secundum se bonus et optimus. non proficit. sed nocet. internum quod aliquando mors secuta est. Quid igitur

prohibet sensum aut appetitum sensitivum non solum ad exigentiam sensibilis sed ad iudicium intellectus et ad voluntatis imperium inclinari. sic enim mihi videtur in talibus debere. quod dicitur primo huius scilicet quod in homine virtuoso omnia consonant rationi. Tunc ad rationem respondendum est. Ad primam concedendum est quod in ope fortitudinis fortis et delectari potest quo ad aliqua et tristari quo ad alia. nam sicut in eodem actu congregari possunt aliquae rationes bonitatis et aliquae malicie sicut dictum fuit sepe. virtuosus autem in bonis delectatur et in malis tristatur. ad hoc autem quod dicit Aristoteles. delectationem propter fortissimos colores sensus evanescere. dicendum est quod in homine perfecto quod diu sensus poterit intellectui ministrare. nunquam delectatio in ope virtutis evanescit totaliter. sed cum per dolorem organi lesione ministerium sensus minus sufficiens fuerit. aut omnino deserit. minorabitur aut omnis deficit actus intellectus propter quod neque mixtum si tunc dicta delectatio minoretur aut etiam totaliter evanescat. Ad aliam dici potest quod durante usu rationis fortis et secundum sensum et secundum intellectum delectatur in ope fortitudinis. Et quam dicitur quod delectatio non stat simul cum tristitia dicendum est quod imo bene respectu diversorum. vel etiam respectu eiusdem secundum diversas rationes puta bonitatis et malicie existentes in eodem vel apparetes sicut ante dictum fuit sepe. Ad confirmationem quam dicitur quod tristitia maxima nulla composita delectatione. concedo. et quam dicitur quod scilicet in sustinendo mortem patitur maximam tristitiam secundum sensum. dicendum est quod non imo per maiorem delectationem in intellectu vel etiam ipsius sensus ob inclinationem quam habet ad rationem. dolor minoratur aut etiam aliquando sicut in sanctis viris quasi totaliter extinguitur. Vnde non est verum quod in omni morte sit tristitia tanta. quod te homo est capax imo minuitur si propter virtutem mors patienter sustineatur et augetur si impatienter propter malitiam. Ad hoc autem quod arguitur de intellectu dicendum est quod cum possibile sit eundem simul delectari et tristari secundum diversam vel ad diversam. potest concedi si fortis non speraret aliam vitam quam ipse tristaretur de futura et citiori virtutis amissione. et quod cum hoc magis delectaretur in exercitio presentis operis virtuosus sicut dictum fuit. Ad aliam dicendum est quod fortis in susceptione vulnerum et expectatio mortis propter virtutem conseruat virtutem usque ad mortem. et exercet opera virtutis quod diu potest uti ratione. ac eo ipso delectatur sed conceditur quod in puncto mortis si non fuerit virtus rationis

evanescit delectatio. Ad ultimam dicendum est quod delectatio sequitur cognitionem. quod non oportet fortem de delectatione delectari. nisi per actum reflexum cognoverit et iudicaverit quod illa delectatio est bona sed ipse solum delectatur in omni actu illo quem scit esse bonum. Hec de questione.

Veris vicesimo quinto Vtrum trantia sit virtus moralis. Arguitur quod non quia virtutes morales in medio consistunt. trantia autem non quia dicit Aristoteles. quod ipsa minus est circa tristitiam et magis circa delectationes. Item nulla virtus moralis est contra inclinationem nature. sed trantia est contra inclinationem nature. igitur et maior per quod 2<sup>o</sup> huius dicitur quod virtutes morales licet non sint a natura tamen non sunt preter naturam. et quia ibidem dicitur quod nullum natura existentium a se affluere virtus aut ut ibidem dicitur per satisfactionem generatur ergo non potest esse contra inclinationem nature minor vero per quia trantia respicit delectationes ad quas tamen natura inclinatur sicut per quod ex diffinitione delectationis primo rhetorice ubi dicitur quod delectatio est positio sicut tota in exantem naturam tamen quia tristitia est contra naturam dicentem Aristoteles. 3<sup>o</sup> huius quod tristitia superfacit et corrumpit naturam huiusmodi delectatio sibi opposita est secundum naturam. Oppositum vult Aristoteles et Tullius et alii omnes Sciendum est ut recitat Eustratius quod quidam valde neque nomine pseudo et alii dicunt quod fuit machometus posuit et predicavit humanam felicitatem consistere in voluptatibus et omnino esse presequens delectationes quantum erat possibile absque refrigeratione quod si esset verum nulla esset virtus trantia. hanc autem suam opinionem fulciebat rationibus. primo quia natura in suis per se operationibus nihil ordinat ad malum sed totum ad bonum. quia ipsa in opere suo dirigitur a deo et intelligentiis in quibus nulla est malitia neque error sed natura appetitum concupiscibilem dedit nobis qui per se ordinatus est ad concupiscendum delectabilia et ad delectandum in eorum adeptione. ergo bonum est et concupiscere et delectari. et sic magis delectari est magis bonum et maxime.

cōmunissimus. ideo dicit Añ. q̄ circa tales delectationes temperantia et intempantia est: quib⁹ reliqua animalia cōmunicāt. vnde seruiles et bestiales videt̄/hec aut̄ sūt tactus et gustus. Sciendū est q̄ pro quāto temperantia est circavenera: ipsa est magis circa visū et cōsequēter circa auditū mime aut̄ circa olfactū et gustū/ in quātū aut̄ ipsa est circa cibos et potus ipsa magis ē circa gustū et cōsequēter circa olfactū et postea circa visū et mime circa auditū/ q̄ visus maxie iudicat de venereis sicut gustus de ciborū potu iste igit̄ videt̄ esse pcellus Añ. in pposita questione Huius tamē pcellui quidā addit octauā cōclusionē sc3 licet temperantia nō sit pprie et pncipaliter circa delectationes pprias visus auditus et olfactus: est tñ circa eas cōmūiter et secundario et hoc dicit ppter rōes pma in pncipio questionis adductā. imo quod plus est dicūt q̄ temperantia hab3 esse quodāmodo circa delectatōnes intellectus quia in eis est superhabūdant̄ delectari. sicut qui nimis delectant̄ in quibusdā scientiis vt nihil aliud velint addiscē per totā vitā. contingit etiā in eis a delectatione deficere et ita in est accipere mediū virtutis qui nō videt̄ esse nisi temperantia. Sed hec cōclusio nō videt̄ esse vera ad cuius impationē notandū est et ppter diuersos philosophos loquētes de vtutibus diligēter aduertendū q̄ dupliciter solent distinguī morales virtutes. vnō specificē ex distinctione obiectoꝝ et ista est artificiosissima distinctio quā inter ceteros solus sufficiēt dedit Añ. Aliomō solent distinguī ex diuersis pprietatibus/ quas omnes vnaqueq̄ virtus obseruat circa ppiū sibi obiectū. et hoc mō distinguēdo/ posuerūt seneca et tullius quatuor vtutes cardinales et pncipales. quarū vna est que firmat aim in opere bono circa difficultia et est fortitudo/ que cōmuis est omni opere vtuofo. quia sc̄o huius dicit̄ semp enī circa difficultius sit ars et vtus. Eodē etiā secūdo dicit̄ q̄ opa vtuofo nō fiūt nisi firme et immobiliter fiant et hoc cōuenit omni virtuti fm q̄ est habitus. nullus enī circa difficile et laboriosū potest se habere bene nisi ad hoc modo nature per habitū et p̄uetudinē inclinet̄. vnde tullius dicit q̄ virtus est habitus modo nature rationi consentaneus. virtus enim ex consuetudine fit et consuetudo est altera natura. Secūda virtus est que moderat excessus et defectus in passionibus et opationibus. et est temperantia que etiā cōmūis est omni operi vtuofo. cū in omni opere circa quod est virtus sit superhabūdantia praua

et defectus vituperabilis; hoc concit omni virtuti scilicet quod est medietas sive medii electiva. Tercia virtus meliorat passiones et operationes ad illos ad quos operandum est et dirigit ad commune bonum et est iusticia; que etiam est communis omni virtuti sicut dicitur in quito. Quarta virtus est prudentia que etiam communis est in omni opere virtuoso in quantum oportet medium virtutis determinatum esse ratione ut videtur sapiens determinabit; sic igitur distinguit tullius virtutes primo de officiis dicens omne quod est honestum id est quatuor partium oritur ex aliquo ei aut in prudentia veri solertiaque veritate. quod dicit quantum ad prudentiam aut in hominis societate tuenda tribuendo lucum cuius et res contractaque fide. quod dicit quantum ad iusticiam aut in animi excessu ac iniuncti magitudine ac robore quod dicit quantum ad fortitudinem aut in omnino que sunt quocumque dicitur ordine et modo quod dicit quantum ad temperantiam. Et tu iam potes videre quod ille rationes que fuerunt in principio questionis adducte auctore tullio et Seneca hac via procedunt et non possunt aliter exponi bene dicta ipsorum de speciebus et proprietatibus que istis virtutibus predictis quatuor virtutes attribuit et que omnes sic distinctas virtutes assignaverunt species motus pres vel effectus virtutum quasi totaliter primis et inordinatim valde permiscens lepe species seu motus virtutum ex obiectorum distinctione sumptis eis que sunt diuersos actus aut diuersos agendi motus circa idem obiectum sumuntur aut etiam eis nominibus que diuersas earumdem virtutum proprietates signant. His igitur visis manifestum est quod temperantia non debeat dici virtus generalis sive magis proprie loquendo proprie etas cuius omni actui virtuoso. Sed quod debet esse virtus specialis et circa speciale obiectum non potest concedi quod sit circa delectationes proprias aliorum sensuum a tactu et gustu; ut circa delectationes intellectus; nam pari ratione esset et circa delectationes in pecuniis in honoribus et ludis et in omnibus aliis quod est falsum; quia circa hec alie ponuntur virtutes speciales. Item passiones pertinentes ad valde desperatos mores et quasi nullam habentes adiunctam connexionem vel oppositionem non videntur pertinere ad eandem virtutem specialem. sed delectationes tactus et gustus et etiam aliorum sensuum in ordine ad delectationes tactus sunt valde disparate et inconuenientes habent in moribus ad delectationes animales et ad delectationes proprias visus auditus et olfactus; quoniam proprie spectant ad morem et vitam bestialem omnino cum in eis communent animalia nobis. Scilicet autem eleuat hominem super morem et vitam bestialem; quoniam homo se male habuerit circa eas igitur ille et iste non pertinent ad eandem virtutem specialem; cum igitur circa bestiales

fit temperantia non potest fieri nisi equo loco. De temperantia quod sit circa humana. et ista ratio notatur Aristotele. nobis valde bene dicitur non est autem neque in aliis animalibus secundum hos sensus delectatio propter secundum accidens rationem. circa tales autem delectationes temperantia et imtemperantia est quod plus reliqua animalia concitant unde seruiles et bestiales videntur; hec autem sunt tactus et gustus; hic autem communissimus sensuum secundum quem imtemperantia et videbitur videtur iste exprobrabilis; quoniam non secundum quod hecines sumus existit sed secundum quod animalia talibus virtutibus gaudent et maxime diligenter bestiale et hoc ideo potest videri in septimo libro de continentia et incontinentia tractabitur que circa eadem dem sunt materia temperantie sicut illic dicitur.

Ad rationes igitur dicens est. Ad primam quod circa visum olfactum auditum delectamur multociens secundum quod dicitur lasciuas aduenerunt ordinatas multociens enim circa ludos multos et etiam multociens secundum decentiam communicationis in actibus seruicis et apparet etiam que virtutes sunt circa hominem delectationes; quoniam temperantia quantum ad lasciuas et eutra peria quantum ad ludos et amicitia et affabilitas quantum ad actus seruicis. Item delectamur aliqui secundum istos et alios sensus propter ipsam cognoscere se et propter admirari circa obiecta ipsorum; que delectationes aut nihil aut nimium oportet et proferre quia disponunt ad bonum rationis. et si quis nimis circa aliquod sensibilem delectatur secundum istos sensus; et ad moderandum hominem delectationes oportet concedere virtutes aliquas morales; dicit albertus quod non habet noia imposita; quod est quia nec difficile est tales delectationes moderare nec conleg eas est multum diffinire; propter quod nec Aristoteles curauit de eis tractare; vel etiam sicut dicitur idem albertus virtus moderans tales delectationes dicitur temperantia non proprie sed communiter accepta et equivoce sive metaphorice secundum quodam similitudinem ad veram temperantiam sic dicit Aristoteles de continentia septimo huius. aliquid etiam hominem delectationibus specialiter olfactus videtur ad sanitatem via medicane; quia scilicet odores cerebro plunt sicut dicitur in de ieliu et seruato. et qui sic proprie quoniam eas propter inordinatum timorem egritudinis efficiunt molles; de qua mollicie diminuat in septimo libro; et ita videtur quod nulle vel paucissime sunt illorum sensuum delectationes que moderatio indigeat; que non sunt reducte ad aliquos virtutum vel malitiarum specialium de quibus dixit Iulius tractauit Aristoteles in isto libro. Ad aliam rationem dicendum est quod non est malum si delectationes visus secundum quod ordinantur ad cognoscere secundum se et ad scire; capiant augmentum ideo ut sic non indigeant virtute repr-

metu et non alia virtute pres predictas forte enim quod ad hoc sufficit eutra peria et affabilitas seu amicitia. Ad aliam conceditur quod tales delectationes que sunt in aspectibus mulierum pertinent ad temperantiam quia sunt in ordine ad tactum. sed ad obiectiones contrariam dicendum est quod delectatio circa sensibilia non perficitur sine fantasia sed per fantasia vel augetur vel diminuitur vel tollitur omnino nam si in vino turvides aliqua imudicia; tu habebis abhominabilem ita quod tu non posses illud bibere. quod tamen si hoc non vidisses videretur tibi bonum. et aliquando quod iam comeditimus vel potauimus si dicatur nobis quod imudicium fuerit generatim in nobis abhominatio stomachi ut oporteat totum vomere exire. sic igitur patet quod delectatio vel abhominatio alicuius sensus circa obiectum alterius reddit delectationem illius alterius sensus circa tale obiectum minore vel maiore; pulchritudo igitur mulierum accepta secundum visum vel cantus eius acceptus secundum auditum redditur tactus delectabilior propter imaginationem; quoniam est secundum seipsum minus delectabilis et ita patet quod talia redduntur in delectationes tactus. Alie rationes que auctoritate Tullii et Seneca fiebat solute fuerunt in positione questionis. et sic est finis questionis.

Verum vicesimo octauo. Vtrum temperantia sit una virtus secundum speciem? Arguitur quod non quia philosophi diuersas eius partes assignant vel species; aliqui quidem continentiam clementiam et modestiam. Alii autem honestatem et verecundiam. Alii vero abstinentiam frugalitatem simoniam sobrietatem pudicitiam castitatem et plura alia. Item virtutes distinguuntur per actus et actus per obiecta sed actus venerei sunt multum desperati et diuersi a comestione et potatione et similibus eorum obiecta putantur tibi et potus a mulieribus. igitur cum circa hec omnia sit temperantia; videtur quod ipsa non sit una virtus. Item ille delectationes non pertinent ad unam virtutem que spectat ad diuersos et valde desperatos mores ut dicebat in alia questione. sed delectationes ex cibo et potu. et delectationes ex venereis actibus sunt hominem quod patet per hoc quod ille inueniuntur in nobis secundum omnem etatem et a principio vite nobis conuente hec autem non. sed secundum tempus determinatum solum gratia rationem. Oppositum arguitur auctoritate Aristoteles. qui non distinguit nobis illam virtutem tanquam credens eam esse unam solam. Item plures essent virtutes cardinales quam quatuor quod non dixerunt philosophi. Notandum est quod temperantia non est proprie circa delectationes tactus secundum se; aut circa alias delectationes ut reductum in istas sicut dicitur in alia questione. Et si quis temperantiam velit magis communiter accipere put est mo

deratiua delectationum aliarum; tunc statim concedere; quod ipsa non est una virtus. sed plures sicut dicebat in alia questione. non est igitur questio ad pres nisi vtrum temperantia secundum quod est proprie circa delectationes tactus puta circa cibos et potus et venereos actus; sit una secundum speciem vel plures. Ad quod quidam respondent quod est una secundum speciem subalternam. sed non est una secundum speciem specialissimam. propter rationes adductas. et iterum quia licet delectationes tactus sint obiectum temperantie; tamen hoc non est secundum eam rationem communem. cum non sit circa omnes delectationes tactus. quia dicit Aristoteles. quod liberalissime earum que per tactum delectationum ablate sunt. dicit etiam quod neque circos corpus sed circa partes quasdam non igitur capit neque specificat temperantiam secundum rationes eorum delectationum tactus. ergo oportet quod secundum eam speciales quasdam rationes accipiat et specificet. sed rationes speciales delectationum tactus sunt diuersae in cibis et potibus et in actibus venereis igitur oportet temperantiam circa illas diuersificari specie. Item gulositas et ebrietas et luxuria sunt vitia secundum speciem distincta et opposita temperantie secundum excessum. modo quoniam eadem virtuti diuicia opponantur; unum secundum excessum alterum secundum defectum; eo quod virtus est medietas; tamen non videtur quod eadem virtuti debeat opposi plura vitia secundum excessum. neque plura secundum defectum. oportet ergo quod alia sic specifica ratio temperatice secundum quod sibi opponit gulositas vel ebrietas. et alia secundum quod opponitur sibi luxuria. Item secundum aliam rationem specifica delectamur in calido et sicco et secundum aliam in frigido et humido ideo fames et sitis videntur esse appetitus diuersi speciem. et delectationes in cibo et potu sunt alterius et alterius speciem. sed temperantia est circa vtraque. ergo si virtutes distinguuntur per obiecta; temperantia non erit una virtus. Alii autem dicunt quod temperantia est una virtus secundum speciem. quia licet delectationes tactus secundum quod quas sumitur temperantia esset diuersae secundum speciem; tamen consimilis moris sunt quia consimilem modum habent trahendi appetitum sed per modum concupiscentie bestialis; que aut consimili modo et more trahunt appetitum eadem virtute refrenari possunt et rectificari. igitur rationem. Item si non esset una virtus; hoc esset propter diuersitates delectationum in cibis et potibus et venereis actibus sed propter hoc non tollitur unitas eius. ideo rationem. maior communiter conceditur. minor probatur quia hec tria adiunctim ordiantur. potus enim ordinatur ad cibi temperamentum. cibus autem non solum ad corporis nutrimentum. sed etiam ad materiam veneream modo eadem est virtus circa fines et circa ordinata in fine quantumcumque sint specie diuersa. igitur rationem.



quod propter concupiscentiam habet aliquod naturale quia secundum commune in proprio et speciali saluatur. Et ita dictum sit de primo articulo. De secundo articulo videtur esse dicendum secundum Aristoteli. quod tam in concupiscentiis naturalibus quam in propriis contingit peccare. sed multo magis in propriis quam in communibus quod potest primo declarari ex parte incontinentie. 2º ex parte infirmitatis. Ex parte incontinentie quod ubi est fortius trahens ad cibum vel potum sumendum: ibi contingit excedere. sed in propriis concupiscentiis est fortius trahens quia ipsa naturalis concupiscentia trahit concupiscentia apposita ad obiectum speciale ubi gratia si quis absolute et indrinct concupiscit cibum et alii speciale concupiscentia habet ad pedes posito quod utique satis comederit de capite et apportet eis pedes: constat quod primus non inclinabit ad comedendum pedes. secundus autem adhuc accipiet de pedice. Item concupiscentia cibi et potus videtur precise stare in ipso tactu concupiscentia vero propria videtur pervenire ex delectatione alterius sensus circa obiectum tactus ut ex delectatione gustus in sapore dulci vel visus in pulchro colore vel huiusmodi. motus dictum fuit plus quod delectationes unius sensus circa obiectum altius sensus augent illius altius sensus concupiscentiam et delectatione circa illud obiectum. igitur et cetera. Item pluribus modis contingit peccare tam in propriis quam in communibus. quia in communibus secundum excessum peccat. unum modo tantum sicut dicit Aristoteles scilicet in accipiendo plus quam oportet ad debitam naturam sustentationem et status decetiam. in propriis autem peccat et in accipiendo plus quam oportet in concupiscendo vel accipiendo illud quod non oportet ut si pauper vult habere cibaria delicata. vel si quis in mensa coram socio suo capiat morcellum delicatorem et comedat ipsum. unde sciendum est quod secundum predicta diuisio triplex potest sumi modus incontinentie aliqui ei quocumque cibo vel potu nituntur ventre super implere et eos vocant simpliciter gulosos quos Aristoteles vocat castros a castro quod est veteris et marges quod est furor vel infamia. Alii autem non curant quod modicum habeat de cibo vel potu dum tamen illos habeat delicatissimos. et illi vocantur leccatores. Alii autem sunt pessimi qui et delicatissimos querunt cibos et veteris eis simpliciter nituntur. sunt enim simul leccatores et gulosi. Adhuc etiam videtur quod quantum ad infirmitatem contingit in concupiscentiis propriis magis peccare quam in communibus. quia peccare in communibus secundum defectum videtur esse in minus appetendo vel accipiendo de cibo quam sit oportum ad naturam sustentationem et statum decetiam sic autem peccare sicut dicit eustracius prohibetur ab appetitu naturalis indigetie ideo rarissime et cum difficultate potest in nobis accidere motum inclinans

nos ad tale peccatum. scilicet peccare in propriis concupiscentiis secundum defectum est minus discernere vel minus eligere et accipere delectabiliores cibos et potus quam sit oportum ad naturam sustentationem et status decetiam. natura enim que nihil frustra facit non instituit in cibis et potibus delectationem nisi esset conveniens cum moderamine acceptare ceteris ei paribus cibis delectabilis melius nutrit corpus et corporis virtutes. et per omnes virtutes anime cum anima sequitur corpus in de phisonomia melius disponit quam in delectabilis. propter quod recta ratio iubet illa acceptare delectabilia moderate sicut dicit Aristoteles. quantum ad sanitatem sunt vel ad bonam habitudinem vel non exstantia his impedimenta. vel propter bonum vel substantiam modo constat quod ad minus discernendum et eligendum talia delectabilia potest idem esse motum quod prius scilicet in questione utrum infirmitas sit vicium dictum fuit illud igitur motum potest nos inclinare ad peccatum dum in minus et in propriis concupiscentiis et in communibus. In propriis autem non prohibet nos peccare appetitus vel naturalis indigetie quia repleri potest cibo in delectabiliore et ineptiori. propter quod facilius esse videtur in his incurrere tale peccatum quam in communibus et de hac infirmitate scilicet que est circa concupiscentias proprias videbat specialiter Aristoteles. loqui cum dicit deficientes circa delectationes et minus quam oportet gaudetes non multum sunt. non enim humana est talis infirmitas etenim reliqua animalia discernunt cibos et his quidem gaudet: his autem non. Si autem huic nihil est delectabile neque differt altum ab alto longevitatem erit ab humano esse videtur igitur quod asseri possit tres infirmitates corridentes tribus modis incontinentie. Quantum ad tertium articulum videtur quod concupiscentia venereorum est naturalis et humana. natura enim est naturaliter libera et nulli naturaliter obligata nisi forte pennis filiis et filii pennis sed non vir extraneus extranee mulieri aut econverso. Et ideo non fit peccatum secundum mores viri absque ligamento matrimonii cognoscere mulierem et aliqui ita dicunt propter istam rationem quod talis fornicatio non est peccatum nisi quia prohibita in lege. ita quod non dissolvat rationem attendenti simplicitate ad naturam et mores sicut enim in peccato potest sumi a limetum et sumi debet ad vite necessitate quod nulli est alteri obligatum. ita ad speciem humane conversationem sumi potest et debet cum moderamine cum quocumque mulier nulli alteri obligatur bonum namque concupiscit et nemi fit iniuria propter quod preceptum sunt ite crescite et multiplicami super terram. Sed ista opinio non videtur alius vera. quia peccatum est omne opus contra legale iustitiam. fornicatio autem est contra legale iustitiam quod

aliqui sic ostendunt lex non respicit ad illud quod in aliquo casu accidit sed ad illud quod contra accidit sed contra ex fornicatione potest malum pervenire quod evitaretur per ligamentum matrimonii aut equipollens ei. igitur cum semper lex ad bonum perveniat et mali remotionem attendat iustum legale nequaquam fornicari permittit. sed adiuvante ante contra obligari. Quod autem ex fornicatione contra malum evenire potest declaratur per illud quod Aristoteles adducit secundo politico contra opinantes quod optima esset policia mulieres omnibus esse coes non enim sciret quorum filii virorum essent pueri. et ita vel viri nullos reputaret se habere filios vel reputaret illos tanquam sibi communes et alius. pro modo nulla esset virorum sollicitudo ad pueros. et secundum modo nulla esset parva. quia sicut ibidem dicit Aristoteles. Minime cura fortiter quod plurimum est commune. de propriis enim maxime curat de communibus aut minus quam quantum unicuique attinet. apud illos enim tanquam altero curate negligent est magis sicut in ministerialibus servitiis multum eis servientes quam detius servit paucioribus. hoc tamen esset inconveniens valde pueri namque propter hanc naturam humane fragilitatem et infantiam prolixam plurimum parentum egent auxilio quod per sola matrem consumari non possit. Sed hunc rationem respondent alii dicentes quod quis lex positiva rationem respiciat ad illud quod contra evenit: tamen lex nature respicit ad particulares casus ideo potest excipere ab universali lege positiva sicut patet quinto huiusmodi capitulo de epicheia et primo rethorice. ponit ergo casum quod iohannes et maria firmam habeant voluntatem permanendi simul usque ad mortem et solitudinaria coeundi adiuvante sufficienter nutriendi proles nec illud sit in lege positiva prohibitum. utrum ergo peccabunt si coeant absque altero ligamento: videtur quod non. quia remotum est inconveniens ad quod ratio ducebat. Sed adhuc tenendum esse videtur quod illi peccarent moraliter quam operarentur preter illud quod recta ratio dicitur. nam illo modo debet fieri copulatio viri ad mulierem: quomodo ipsi de parte maiore habeant curam. cum gratia prolis sit a natura coitus instituta. sed maiorem curam habent de prole si adiuvante fuerint obligati. quia tunc vir non solum diligit et curabit puerum quia filius suus sed etiam quia filius sue mulieris. econverso mulier non solum quia filius sed etiam quia filius sui viri. Iterum ad bonum economicum attingendum perfecte non sufficit vir sine muliere nec mulier sibi sine viro ut patet primo politico et in economica. illo autem modo debent invicem commanere vir et mulier quo innati sunt maiorem habere

sui invicem curam. hoc est autem si vir effectus fuerit mulieris et mulier viri. unumquodque enim magis curabit de suo. Item voluntas humana est mutabilis nec potest vir scire voluntatem mulieris nec mulier viri. et recta ratio dicitur quod teneatur certum et dimittat incertum. igitur recta ratio dicitur quod mulier ad prolis nutritionem et ad alia que sibi vir ministrare tenetur: asscuretur de viro. Sed adhuc alii ponunt alium casum quod mulier sit dives et potens omnino sine viro ad diuturno potens prolem per suas divitias et per suam curam nutrire et educere: videtur ergo quod talis mulier non peccat moraliter si eligeret a solo viro cognosci qui non vellet obligari propter suam servandam libertatem. sed solum obligaret se ad prolis sufficientem nutritionem et cum hoc posito quod illud non esset expositiva lege prohibitum. Adhuc autem videtur quod illa peccaret moraliter primo quia declaratum est quod ex generis humani societate accepti conditore oportum est secundum rationem rectam ut ad prolificandam fiat viri et mulieris coniunctio per obligationem. quod autem convenit humano generi secundum se non debet auferri propter extrinsecam quovismodi sunt pecunie et amici. Et iterum posset esse controversia viri ad mulierem. quis possideret puerum posito quod uterque vellet ipsum habere. constat quod hoc fieri non posset specialiter si vir et mulier separarentur. eorum non sunt adiuvante obligati oporteret igitur alteri ipsorum fieri iniuria quod recta ratio non dicitur. oportet igitur obligationem fieri ut puer sit possessio viri simpliciter et quia filius suus et quia filius uxoris sue. et ita etiam de muliere. sic ergo patet quod talis fornicatio que excludit obligationem viri ad mulierem et econtra non est licita secundum mores sed preter iudicium rationis.

Tunc ad rationes in principio questionis adductas. Ad primam dicendum est quod concupiscentie naturales insunt nobis a natura secundum earum substantiam absolute. sed non secundum omnem modum ipsarum. puta secundum excessum vel defectum. ideo propter excessum vel defectum est in eis peccatum. Ad aliam patet per idem. Ad auctoritatem Aristoteli dicendum est quod concupiscentia illa est naturalis et conveniens et quantum ad substantiam et quantum ad modum qui est ad indigentiam replendam sine excessu et sine defectu. sed concupiscentia naturalis secundum substantiam non tamen secundum modum potest esse aliquando ad excessum aliquando ad defectum et sic est in ea peccatum. Et sic est finis questionis.

Ricissimo querit. Viri uirginitas sit virtus vel uicium. Arguitur quod non sit virtus. quia uirtus non est a natura sed a consuetudine. sed a natura est uirginitas. quia a natiuitate nascuntur uirgines uiri et mulieres.

Item uirtus non est illa que magis conuenit iunioribus quam senioribus. nam ex quinto et quarto huius probatur. Aristoteles uerecundiam non esse uirtutem quia conuenit etati iuuenili. sed plures sunt uirgines iuuenes quam senes ideo et uirtus consistit in medio uirginitas autem non: sed in extremo scilicet in abdicatioe ois ueneris actus non solum quando oportet et ubi: sed ubique et semper. Item nunquam contingit male uirtute: primo rhetorice. sed in aliquo casu esset malum ut uirginitate ut si primi parentes scilicet ad id et euasit fuissent ea. Item uirtus non corrumpitur ex operatione bona: sed uirginitas corrumpitur ex operatione bona igitur et. maior pars. quia corruptio boni non est bonum sed malum. minor patet. quia non peccat uirgo si nupserit sed bene facit si quomodo oportet et cum quo et quando et sic de aliis circumstantiis. Et confirmatur. quia cum uirtus sit habitus et per consequens de difficili mobilis: non uidetur corrumpi per solam operationem adhuc licitam et honestam uirginitas autem sic corrumpitur. Item uirtus perditur uidetur posse regenerari. quia uirtutes et uicia in potestate nostra sunt tertio huius. uirginitas autem regenerari non potest. Item uirtus inclinatur ad operandum quod oportet et quando et ubi oportet. sed non oportet abstinere semper: imo licitum est nubere. igitur uirginitas que inclinatur ad semper abstinere non est uirtus. Item nulla uirtus inclinatur contra illum finem ad quem natura ordinatur rem quia finis habet rationem optimi. specialiter finis quem statuit natura. quoniam natura semper facit de possibilibus quod melius est. sed enim non cognoscat: tamen perfecte et ordinate operatur tanquam directa ab infallibili cognoscere scilicet deo et intelligentiis secundum commentatorem duodecimo metaphisice. sed natura ordinatur membra genitalia et uirtutem anime generatiua ad actus uenerios propter prolem habendam. ergo uirginitas que ad oppositum inclinatur non est uirtus. Oppositum uidetur esse de intentione theologorum. Si autem et uulgi. uulgus enim uirgines de sua uirginitate commendat. habitus autem ois laudabilis uidetur esse uirtus. Dicunt aliqui quod uirginitas summi potest uirtus pro integritate corporis. Alio modo pro habitu electiuo huiusmodi

integritatis obseruare per totam uitam. Secundum hoc ponit quinque conclusiones. Prima est quod uirginitas pro integritate corporis est conditio nobilis. Secunda quod non est uirtus moralis. Tertia quod uirginitas pro habitu electiuo predicto modo est uirtus moralis. Quarta quod est uirtus distincta specie a uiduali castitate. Quinta est quod non distinguitur ab ea magnitudine et paritate sicut magnificentia a liberalitate. Primam conclusionem sic probant. illa conditio est nobilis in corpore humano que magis decorat humanum corpus quam opposita conditio. sed integritas corporis est huiusmodi. quod probatur: primo quia huiusmodi integritas est habitus naturalis: et fractio sibi opposita est sicut priuatio. Secundo quia illa integritas est a natura. eius autem fractio est cum quadam uolentia. Tertio quia talis fuit status innocencie et talis erit status glorie. sed hec ratio permittit. quia processus secundum theologiam principia maioris est facultatis. in hoc enim processu nihil intendimus aggredi nisi quod et in quantum ex humana ratione precise concludi potest. Quarto quia talis integritas non perditur: nisi cum actu uerecundiali. uerecundia autem in prauis et turpibus est ut uidetur dicere Aristoteles quarto huius capituli ultimo. et primo rhetorice dicitur. turpia enim uerecundant et facientes et dicentes et facturi. et secundo rhetorice describitur erubescencia quod est turbatio circa ea malorum que uidentur ferre ignorationem aut presentium aut factorum: aut futurorum. Secundam conclusionem probant. quia talis integritas non est habitus anime sed corporis. nec est electiuus sed eligibilis: et sic a natura non ex assuefactione uirtus autem oppositum. Tertiam conclusionem probant. quia uirginitati sic accepte conuenit distinctio uirtutis. probatio. Primo quidem patet ex terminis quod ipsa est habitus electiuus: sed ad declarandum quod ipsa sit immediate existens quo ad nos determinata ratio ne et. Notandum est igitur quod natura non ordinatur actus uenerios ad indiuidui: sed ad speciei permanentiam ut dicitur secundo de anima et omnes concedunt. Secundo sciendum quod naturalia determinata sunt ad maximum et minimum primo physicorum et specialiter hoc concedi debet de multitudine hominum. natura enim facit de possibilibus quod melius est et non habundat in superfluis nec deficit in necessariis. constat autem quod humane nature propter complexionis subtilitatem et nobilitatem et operum sibi debitorum multitudinem et per omnes organorum corporaliu.

diuersitate. tot et tante sunt indigentie: quas natura non suppleuit. sed rationem quam homini dedit ut suppleret: reliquit quod unus homo aut duo aut cetum uel pauci non sufficient ad hanc humanam replendum indigentiam quam plurimis enim artibus indigentibus quibus artifices adiuuante mutantur per se opibus habere possunt ea quibus indigent de opibus aliorum. ideo dicitur primo politice quod ciuitas a natura est et quod homo natura ciuile animal est propter quod iam concludi potest quod ubi sine in toto mundo sicut erat in prima mundi constitutione siue in aliquo climate non esset hominum multitudo sufficientes ad dictas suppleendum indigentias nulla natura prohibet et per consequens recta ratio non diceret (quia nihil eorum que preter naturam sunt bonum est ut dicitur septimo politice) quod homines abstinere omnino ab illo actu scilicet uenerio quem ad hominum multiplicationem et speciei permanentiam prouida nature sagacitas ordinauit. Et ita potest tanta esse populorum multitudo quod si uolterius excreceret multum non esset terra sufficientis ministrare cibum hominibus propter quod illo tempore ius et ordo permittit. imo requirit ut non omnes fecundentur specialiter cum non liceat homines interficere sicut boues/ cuius igitur istis hominibus humanum genus sit multiplicatum sufficienter: dictam rationem sit concursus iuri nature manifestum est quod recta ratio permittit in plura det aliquos per totam uitam a ueneris abstinere. His igitur uisibus manifestus est quod uirginitas in medietate consistit. nam uelle frangere dictam corporis integritatem corpus decorantem antequam fuerit oportum aut ubi uel cum quo per quod non oportet. tenet unum extremum uituperabile/ nolle autem frangere pro necessitate generis humani saluandi et multiplicandi tempore defectus tenet alterum extremum simpliciter dissonum rationi. Ex quibus etiam patet quod ista medietas est quo ad nos et determinata ratione. Item omnis habitus electiuus laudabilis circa materiam moralem est uirtus moralis. uirginitas est huiusmodi igitur et. maior uideatur nota de se minor pars igitur enim dictum est quod ipsa sit habitus electiuus/ sed quod sit circa materiam moralem patet quia in seruando frangendo corporis integritatem contingit excedere uel etiam deficere secundum diuersas circumstantias ut apparuit. sed quod sit laudabilis probatur primo quia habitus ille est laudabilis qui est electiuus nobilis conditionis quam oportet et ut oportet et. sed integritas corporis est conditio nobilis ut dicebatur cuius uirginitas est

habitus electiuus quando oportet quia tempore quo natura et mores secundum predicta permittunt abstinere imo etiam persuadent presertim cum plurimi propter delectationem se ueneris inuicem sufficient ad humani generis debitam multiplicationem seruandam illo igitur tempore laudabile esse uideatur ad hanc nobilem corporis conditionem seruandam a delectationibus nequaquam necessariis neque uilibus abstinere. Et item aliqui hoc confirmant sic ab illo actu quem ordo nature uel dictam rationem non iuberet exercere/ abstinencia est laudabilis: que ualet ad summam anime uirtutes acquirendas et ad illarum uirtutum opera exercenda sed uirginalis abstinencia est huiusmodi. magis enim poterit homo vacare philosophie et opibus uirtutum: quanto minus in ueneris et aliis delectationibus carnalibus non necessariis fuerit occupatus. Quartam conclusionem probatur sic ille uirtutes morales sunt specie distincte que sunt primo electiue diuersorum eligibilium quia habitus distinguuntur per obiecta sed uirginitas et uidualis castitas sunt hominum. igitur et. minor probatur quia uirginitas primo est electiua integritatis. licet consequenter sit electiua perpetue abstinencie ab actibus ueneris. non enim potest dici quod sit primo electiua abstinencie et secundo integritatis. quia tunc post corruptionem hominis posset illud redire quod est formale et primum uirginitatis obiectum quod nullus asseruit uidualis aut castitas non est talis integritas electiua. cum electio non sit impossibilis. sed est electiua perpetue abstinencie ab actibus ueneris igitur et cetera. de quinta autem istarum conclusionum non facio uis ad presens sed redeo super alias conclusiones examinandas propter opinantium diuersitatem/ uidetur enim multis quod circumscriptionibus legalibus aut fidei documentis que non possent ex humana ratione conuincere secundum philosophum dicitur sit tribus illarum conclusionum scilicet prime tercie et quarte. Contra primam conclusionem arguitur illa conditio est nobilior quam natura et recte rationis dicitur tamen iusserunt: quam opposita conditio que sine uicio seruari non potuit: sed apertura corporis ad prolificandum est uel aliquando fuit ex iussu nature et dictamine rationis ut isti concedunt. integritas autem seruari non potuit sine uicio saltem aliquando scilicet tempore necessitatis sicut ipsi dicunt. ergo talis apertura corporis est conditio nobilior: quam sit eius integritas. imo talis integritas esset uilis et uituperabilis secundum mores. Sed respondetur quod ille

tue ita erat et nunc est e converso. Sed illa responsio videtur concludere propositum scilicet quod corporis integritas secundum se non est nobilis conditio plusquam conditio operata scilicet accidit sibi secundum diversas circumstantias quod sit nobilis aut ignobilis. Concedendum est igitur quod illa corporis integritas est conditio decens illo tempore iuventutis/ quo nunc recta ratio nubere permittit. scilicet cum mulier secundum circumstantias debitas accepit maritum et impregnata est: aptura nobilior est conditio et melior. quia fini propinquior ad quem natura sexus muliebri et illa membra genitalia ordinavit. sicut arbor non est nobilior simpliciter quam floret quam fructu crescete flores ceciderunt. Nec ratio aliorum videtur concludere. dicere enim quod predicto tempore non ita decorat humanum corpus integritas illa: sicut facit corporis aptura. et quod dicitur illa integritas est habitus et fractura est privatio: dico quod licet flores dicuntur habitus et casus florum privatione: tamen arbor est nobilior simpliciter post casum florum scilicet propter aliud quod consequitur melius quam sint flores. Dico igitur quod quibus absolute loquendo habitus sit semper nobilior in genere entis quam sua privatio: tamen non quicumque habitus est unquam melior et nobilior quam sua privatio. pellicula namque tegens oculum et obnubilans visum non est sibi melior quam sua privatio neque nobilior. et licet folia florum circumvoluentia fructus in sui teneritate sint arbori et fructui nobilis conditio et bona: non essent tamen sibi nobilis conditio fructu excrescente. colligatio etiam infantis ad matrem in utero nobilis est sibi conditio. que non esset sibi nobilis ipso nascente aut iam nato ita etiam clausura matricis nobilis est conditio ante tempus aptum generationi quod non oportet postea esse ita. Ad aliam potest dici quod sicut illa integritas a natura est permittitur: ita fractura eius postea est a natura/ si coitus concedatur esse naturalis. Sed dices non obstante quod sit aliquomodo naturalis: tamen aliquid est ibi violentie. Dico quod hoc non ignobilitat operationem nisi tu dicas omnes nostras operationes esse ignobiles. In actu enim fortitudinis maxima est violentia. et si difficultas omnino ex violentia quodam provenire concedatur: tunc in omni opere virtutis est aliqua violentia: et univ ersaliter que nihil operari vult cum violentia dormiat in lecto suo semper. nam loqui est cum violentia lingua enim gravis est et graue non nisi cum violentia movetur sursum aut ad latus. Tercia ratio fuit dimissa quia theologica. Ad quartam potest dici quod si vir et mulier coeant ante tempus illud cuius ex

pectationem recta ratio iuberet: non est mirum si debeant verecundari cum tunc non decens sit illa operatio: tempus autem illud ab Aristotele septimo politice mulieribus decem et octo annorum. viro autem triginta trium statutur/ illo autem tempore facta inter virum et mulierem obligatione legali vel qua exigit ratio naturalis et moralis sicut dictum fuit in alia questione: non oportet virum verecundari specialiter quia iam deberet esse virtuosus et prudens. cuius verecundari non est ut dicitur quarto ethicorum. Similiter etiam mulier forte non verecundaretur in abscondito loco secreta cum marito existens modo quo decem talem fieri actum. et forte si verecundaret hoc non esset principaliter de illo actu sed quia non experta societate viri specialiter extranei semper timeret ne verbo vel gestu vel alia quacumque viri participatione incurreret aliquid inhonesti. Et huiusmodi etiam verecundie causa multa est doctrina consuetudinalis parentum qua semper virginittatis amissionem simpliciter reprobaverunt et corporis semper laudaverunt integritatem servare. que quidem doctrina illam regulam Aristotelis in secundo huius insequitur in contrarium autem huius ad quod nati sumus nos ipsos attrahere oportet. multum enim abducentes a peccato in medium venimus. que tortuosam lignorum dirigentes faciunt. Hac autem consuetudine (que altera est naturam) virgines semper habituate/ putant illum actum esse turpem et verecundantur: donec ad contrarium fuerint assuete. Contra tertiam conclusionem sic obicitur. omnis habitus qui secundum eius propriam rationem est virtus: semper in quocumque et quandocumque inveniatur: erit virtus. sed illi concedunt quod tempore necessitatis virginittas non esset virtus. ergo ipsa secundum se non est virtus. Iterum sistendo precise in humana ratione quomodo expediret secundum mores quod rex francie vir perfectus et potens in prolem perfectam abstineret a venereis omni tempore: specialiter illo casu quo verisimile esset tyrannum pessimum sibi succedere si decederet sine prole: debet tamen concedi quod cum virginittate stare potest virtus temperantie. quam aliquibus iam perfectis personis secundum rectam rationem expediret et deceret per totam vitam a venereis abstinere verbi gratia. leprosis ut non inficerent sanos. aut ne prolem putridam generarent. Et egenis qui non possent sufficere nutrire plebem. aut egrotantibus quorum obesset coitus satietati. et de quibus esset verisimile quod non possent habere prolem nisi diminuta et

orbata. tales igitur si per totam vitam a venereis abstinere: se haberent circa venerea ut oportet. quod pertinet ad temperantiam. Nec videtur rationes aliorum concludere. prima namque ratio bene probat quod habitus electivus perpetue integritatis corporis aut abstinentie a venereis non est secundum se virtus cum in aliquo casu vel aliquo contingat hoc non expedire. Conceditur tamen quod hoc aliquibus expediat secundum recte rationis dictamen: sicut dicitur fuit. licet forte ratio humana sibi relecta non concederet quod hoc expediret divinitibus et corpore potestibus aptis perfecte ad plene. Nam si alii quorum intellectus abstinere: non nimis sed forte minus debito excresceret populi multitudo. Ad aliam rationem dicendum est quod in aliquibus conceditur quod ille habitus electivus talis integritatis esset laudabilis. sed non in aliis. non enim videtur quod illa corporis integritas in filia regis que in quocumque vicio vel quacumque turpitudine frangi potest et qua natura non ordinauit ad permanentiam sit tantum bonum: quantum esset habere plene que multum populo prodesset. Quod etiam dicitur quod virginittas abstinentia valet ad vacandum phice in operibus virtutum: dicerent naturales quod non. sed ad hoc valet abstinentia moderata. Aristoteles enim princeps philosophorum uxorem habuit et plene. Et naturales dicunt. quod coitus moderatus confert ad sanitatem et ad corporis bonam dispositionem. et anime sequitur corpora ut dicitur in de phisonomia. Et Aristoteles dicit temperantiam autem quecumque ad sanitatem sunt et ad bonam habitudinem delectabilia existetia hec appetit mēsurate. Contra quartam conclusionem sic obicitur virginittas ita convenit viris sicut mulieribus. sed in amissione virginittatis nulla fit corruptio corporis viri. sed post remanens totum integrum corpus viri sicut ante. corpus autem in nullo fragitur sed per conductum aptum ad hoc aptum superfluum emittitur. ergo virginittas non est circa corporis integritatem tanquam circa primum et formale obiectum.

Item illa corporis integritas auferri potest a muliere. pessima per violentiam non solum per coitum. sed etiam per cutellum aut aliud instrumentum. igitur quod virginittas potest esse virtus: si esset circa tale integritatem tanquam circa principale et formale obiectum non enim videtur esse virtus moralis que potest a nobis per violentiam auferri. Item Aristoteles non videtur dicere quod virtutes morales sint principaliter ad bonum corporis servandum imo ad preferendum potius bonum rationis bono corporis et bonis exterioribus et ad mime curandum de eis nisi prout ordinantur ad bonum rationis. Diceretur igitur quod virginittas et vidualis castitas secundum quod melioribus est potest in aliquo casu esse virtus: nihil aliud sunt a temperantia. Nec contra istam sententiam

videntur procedere rationes prius adducte nisi forte due ultime. fieret enim penultima sic. virtus inclinatur ad illud quod oportet. sed neque pauperes neque egrotantibus oportet semper abstinere. licet enim eis uxori: ergo virginittas inclinans ad se per abstinere non esset virtus. quod videtur contradicere predictis. Sed dicendum quod oportere dupliciter accipitur. uno modo prout significat idem quod esse necessarium. et sic non oportet illos abstinere. nec per tale oportere determinatur actus virtutum. Alio modo capitur prout significat idem quod opportunum esse seu consonum rationi: et ita oportet semper illos abstinere: quia semper est consonum rationi. et per tale oportere determinatur actus virtutum. Ad aliam et ultimam potest dici quod natura dedit hominibus virtutem generativam et membra genitalia ad prolificandum ubi et quod esset consonum rationi. unde quod natura dedit in nobis non ad individui salutem sed ad speciei conservationem: non oportet in quolibet individuo exerceri. sed sufficit quod in talibus et in totis: quod finis iste possit sufficere artum. et finem quo.

Veritur tricesimo primo et ultimo: Virtus in temperantia sit vicium peius timiditate? Arguitur quod non quia peius est vicium quod meliori virtuti oppositum. sed timiditas est huiusmodi. igitur maior scilicet pars in septimo huiusmodi virtuti excellentissime scilicet heroice Aristoteles. oppositum excellentissimi malicia scilicet bestialitate. et hoc est rationabile: quia vicium privatur hominem virtute sibi opposita. modo peius est quod privatur nos meliori bono vicium ergo peius est quod opponitur meliori virtuti. sed minor apparet quia timiditas oppositum fortitudini et in temperantia temperantie. modo Aristoteles primo rhetorice profert ceteris virtutibus fortitudinem et iusticiam: et deum liberalitatem. Item vicium est peius quod est magis voluntarium. quoniam involuntarium excusatur a peccato: et quia Aristoteles in isto tercio ex eo quod dicitur in temperantiam esse magis voluntariam: concludit eam esse exprobrabiliorē. sed timiditas videtur esse magis voluntaria quam in temperantia. nullus enim occupavit imperatus esse. sicut dicit Aristoteles. multum tamen ne moriantur voluit fugam: que pertinet ad timiditatem. Oppositum arguitur per easdem maiores accipiēdo oppositas minores. videtur enim quod temperantia sit virtus melior fortitudinis per illam consideratōem ethicorum. melior est quod omni tempore et in pluribus est utilis: ut iusticia et temperantia fortitudinis. Nam sicut dicitur septimo politice fortitudinis quod est perseverantia operis est ad non vacatōem. i. tempore belli: phia autem advocatōem id est tempore pacis iusticia autem et temperantia in virtutibus



Et est sciendum quod pecunia non capimus in hoc loco stricte pro numeritate solum. sed large sicut dicitur Aristoteles pro omnibusque digitas numeritate mensuratur. Sed alicui videtur quod liberalitas non solum est circa talia que secundum numeritatem mensuratur. quoniam bonum doctorum non potest numeritate mensurari. et tamen doctor potest liberaliter dare doctrinam suam. Item bonum corporis humani non potest numeritate mensurari. et tamen liberalitatis est si quis exhibeat corpus suum gratum alicui in obsequium alicuius operis. Item seruus cum habeat corpus et animam non potest numeritate mensurari. et tamen miles potest liberaliter dare seruum suum. imo etiam Seneca potest in primo de beneficiis quod contigit etiam liberaliter seipsum dare. Ad primum istorum dicendum quod dare liberum non est proprie nisi quis quod suum est transferat in dominium alterius: aut quantum ad rem ipsam aut quantum ad usum rei. Doctor igitur proprie loquendo non dat scientiam liberaliter ipsi discipulo. quia scientia sua non potest transferri in dominium discipuli. nec unquam habuit scientiam quam discipulus sibi acquirat. sed dat discipulo laborem quem habet in docendo. vel etiam dat usum suum ipsius discipulo ad scientiam acquirendam et hoc potest numeritate mensurari. ratio namque dicitur bene aliqui quod doctor suum ipsius usum ad tale laborem daret pro pecunia: si pecunia indigeret. Ad aliam dicendum quod nullus liberum corpus suum dat: sed bene corporis usum. Ad aliam dicendum quod res venales vel donabiles non mensurantur numeritate secundum seipsas sed secundum quod veniunt in humanum usum sive in utilitate veterum. modo licet seruus secundum seipsum non sit numeritate mensurabilis: tamen utilitate que ex eo venit potest dominus numeritate mensurare. et quantum ad hoc dare seruum potest ad liberalitatem pertinere. Similiter dicendum quod dare seipsum liberum non est nisi dare suum ipsius usum. Secunda conclusio videtur Aristoteles. probare sic. Circa ea quibuscumque contingit bene et male indigemus virtute morali inclinante et determinante ad agendum bene. sed non est dubium quod pecuniis possumus uti bene et male. imo primo rethorice dicit Aristoteles quod omnibus humanis bonis contingit male uti exceptis virtutibus. dicta autem virtus est quam liberalitatem vocamus. igitur. Item vbi dicitur super habundantiam est vituperabilis et defectus prauus: ibi medium est bonum et laudabile. sed in dationibus et acceptationibus pecuniarum contingit et excedere et deficere vituperabile et prae sicut in sequentibus dicitur. igitur medium in his tenere est bonum et laudabile. sed vbi medium est laudabile et extrema vituperabilia: indigemus virtute morali que sit illius medium coeactrix et electrix igitur virtute morali indigemus in pecuniarum dationibus et acceptationibus tale autem virtute vocamus liberalitatem

ideo et Tertia conclusio probatur: quoniam ad passiones diuersorum morum et non oppositas sed disparatas moderandas et earum impetus refrenandos indigemus diuersis virtutibus moralibus refrenantibus. sed affectiones hominum circa pecunias proprias et circa alienas sunt tales diuersae passiones igitur diuersae sunt virtutes circa pecunias proprias et alienas. liberalitas autem est circa proprias. et iustitia respicit alienas. ergo ipse sunt diuersae virtutes. Et ista ratio plenius declarabitur. et etiam conclusio magis probatur in quinta questione quoniam. Quarta conclusio probatur per ea quae dicitur fuerunt in. xix. questione tertia huius. vbi dicitur sunt quod virtutes cardinales sunt de necessitate bonitatis humane: alie autem non: sed de eius congruitate et decore. et quod prudentia est virtus cardinalis: non liberalitas. Ille autem virtutes sunt meliores quam sunt de necessitate bonitatis humane. quod ille qui non indiget. Ad rationes ad primam dicitur quod liberalitas est circa pecunias tamquam circa obiectum remotum sicut prudentia est circa cibos et potus et mulieres. sed etiam ipsa prudentia est circa pecuniarum dationes et suspensiones quod sunt quaedam operationes. sicut prudentia est circa comestiones et potationes. Si etiam liberalitas est circa affectiones quod inati sumus habere ad pecunias proprias sicut prudentia est circa affectiones quod habemus ad delectabilia tacta. et ita patet quod liberalitas est circa passiones et operationes sicut et quilibet alia virtus.

tie attendende et modificande. secundum quatuor cuiuslibet excessum vel defectum oriuntur extrema vicia. scilicet si extrema vicia fuerint secundum excessum et defectum eiusdem actus et eandem circumstantiam. opponuntur. et sicut stare non possunt. Sed extrema vicia si sint scilicet diuersos actus aut secundum eundem penes diuersas circumstantias. tunc non opponuntur ad inuicem. scilicet opponuntur virtuti. cuius est omnis actus modificare secundum omnia ob seruatiam circumstantiarum. non est igitur inconueniens eundem esse prodigum in dando multum quibus non oportet. et illiberali accipiendovnde non oportet. Sunt autem quidam prodigi. alii simplices quod excedunt datium sunt et consumptiuum non accipientium neque seruatiuum. et sunt etiam simplices illiberales quod excedunt accipientium sunt et seruatiuum et neque consumptiuum et datiuum. Primo ergo comparem simplices prodigos ad simplices illiberales. Et primo dicam generaliter quod illiberalitas est peior prodigalitate. Secundo specialiter dicamus de quo argutum fuit quod peius est non dare quibus oportet dare quibus non oportet. Primum probatur primo ex ratione sumpta ex curabilitate prodigalitates et incurabilitate illiberalitatis. vicius enim ceteris paribus est peius quod est minus curabile. scilicet illiberalitas est minus curabilis prodigalitate. probatio prodigalitas est primo curabilis est curari potest ab egestate. quia (sicut dicit Aristoteles) non est facile ex nulla parte accipientem omnibus dare. velociter enim delinquit sibi datis ideotas. quod videtur prodigi esse. naturalis ergo necessitas et indigentia cum apparuerit depauparatio cogit ad magis retinendum et minus dandum et providendum malitiam prodigalitates. et omnino consumpta sibi temporali non est amplius possibile dare. neque consumere. scilicet oportet et accipere et petere ad viuendum. Secundo etiam prodigalitas naturaliter ab etate curatur quia namque senectus pluribus subiacet indigentis. et minus procurare potest. ideo natura non desiciens in necessariis. magis inclinatur eam ad retinendum quam in iuuentute. bene ergo dicit Aristoteles de prodigalitate. bene sanabilis est ab egestate et etate. Tertio etiam curatur facillime ex dictamine rationis. prodigi enim simplices non sunt nisi ad honestum conantes. dant enim et consumunt. quia hoc honestum eis videtur. et vereruntur accipere custodire tanquam hoc ingloriosum esse putantes. modo conantes naturaliter ad honestum. cito possunt obedire rationi specialiter qui dubitabunt status honestatis amittere. si incurrant paupertatem. Contra autem illiberalitas difficillime curabilis est. propter paupertatem enim indigentiam uou curatur accipientem enim retinente. et nihil datur. et paucissimum expendentem. non est fa-

cile subici paupertati. Nec etiam curatur propter diuitias quia sicut dictum fuit primo politice talium concupiscentie natura infinita est. Ad cuius tamen repletionem ipsi viuunt. nec etiam curatur etate. cum natura ut dictum fuit senectutem inclinet ad seruandum. vnde dictum est quod in senibus sola auaricia iuuenescit nec dictamine rationis facillime curatur. quoniam isti non sunt inclinati ad honestum scilicet ad utile. propter quod ratio tracta ad appetitum deprauatur in suo iudicio. et semper dicitur utile prosequendum esse. Ideo dicit Aristoteles. Illiberalitas autem insanabilis est videtur enim senectus et omnis impotentia illiberales facere. et magis connaturale hominibus prodigalitate. multi enim amatores pecuniarum magis quam dutores. Ad idem etiam est secunda ratio. quam tacta est talis. peius est vicius quod oritur ex desiderio vtilium illo quod oritur ex desiderio honoris. quia honores secundum rationem sunt desiderabiliores. quia sicut dicit Aristoteles quarto huius maximum vtius honor est eorum que exteriorum honorum. Sed dictum fuit quod prodigi conatum habent ad honores. propter quod videtur Aristoteles dixisse prodigum non malum neque iniuriabilem esse. illiberales autem vicia proferunt honoribus. ergo et cetera. Tertia ratio que tacta etiam fuit. est talis. illud vicius est peius quod magis innatum est suscipere augmentum quia sic potest a medio virtutis recedere scilicet illiberalitas est huiusmodi. quod patet primo quia sicut dicit Aristoteles. que quidem prodigalitates non multum coaugent non enim facile ex nulla parte accipientem omnibus dare. derelinquit vtius velociter substantia dantes ideotas. Secundo quia (sicut dicit Aristoteles) illiberalitas magis connaturalis est hominibus prodigalitate. quod probatur illud quod notorie apparet. dicens multi enim amatores pecuniarum magis quam dutores. modo dictum est in secundo libro quod illa vicia magis augmentum accipiunt et magis contraria sunt virtuti. ad que magis ipsi nati sumus. Quarta ratio est quia magis vicius est quod est dissimilius virtuti. ut patet secundo huius. sed illiberalitas est liberalitati dissimilior. et prodigalitas similior. quia prodigus in sibi principali actus liberalitatis conuenit cum liberali. licet non in modo. dat enim et expedit. in hoc autem illiberalis non conuenit cum liberali. et ideo etiam prodigus facillime est reducibilis ad medium. et hac rationem expressit Aristoteles. dicens quod prodigus facillime ad medium potest venire huius enim que liberalis. etenim dat et non accipit

neutrum autem ut oportet neque bene. si vtius assuecat vel qualiter aliter transmutet. et vtius liberalis dabit cui quibus oportet et non accipiet vnde non oportet. Quinta ratio. Ille est est peior qui nulli proficit quam qui proficit multis prodigus autem multis proficit scilicet quibus dat. illiberalis autem nulli. cum nullis de suis bonis proficiat. imo. neque sibi ipsi prodest. sed multis nocet nocentibus. quorum plurima sunt declarata in alia questione. Et hoc notauit Aristoteles dicens quod prodigus quidem prodest multis. illiberalis autem nulli scilicet neque sibi ipsi. Ultima ratio. illud est peius vicius quod magis est occasio peiorum viciorum sed illiberalitas est huiusmodi. quoniam est prodigalitas innata sit ad intemperantiam ducere. dicens Aristoteles. propter quod et intemperati ipsorum sunt multi. facile enim consumentes et per intemperantiam consumpti tamen illiberalitas igniens affectum circa pecunias. citissime ducit ad iniustitiam secundum multimodas species turpissimas auaricie sicut dictum fuit in alia questione. Tunc probatur secunda conclusio. cuius tamen intellectus primo dandus est talis. quod dans quibus non oportet potest ad hoc moueri multis occasionibus. Vno modo ex dilectione dationis secundum se scilicet in quantum ipsa datio secundum se probatur esse bona et honesta. non enim est aubi um quod omni datio secundum se est honesta. si non conuenit ei vel consequatur aliquid inhonestum. hec enim est vna de maximis dei operationibus. quia dat omnibus esse viuere. licet his quidem clarius. his vero obscurius. ut dicitur primo celi. propter quod et omnis natura perfecta inclinatur naturaliter ad dandum scilicet ad generandum sibi simile. cum ergo deus et natura nihil intendat nisi bonum. deus enim non intendit ipsum dare tanquam aut quod sibi utile nullo enim indiget neque gallina intendit pullos procreare gratia vilitatis sibi. sed quia magis eam grauent quam prolant. ergo patet quod deus et natura dationem intendunt tanquam rem in se bonam. propter quod et appetitus ad huc absque dictamine rationis inclinatur naturaliter in dationem. si non trahatur propter indigentiam timorem. Aliis autem occasionibus potest aliquid moueri ad dandum quibus non oportet. verbi gratia aliqui dant et malis meretricibus et copulatricibus propter fornicari. Alii autem dant adulteribus et hystrionibus propter delectationem quam habent in turpibus iporum. Alii autem dant prauissimis hominibus ut possint se de sua

pauitate adinuare. vt ad confundendū innocētes. aut etiā dāt aliq ad aliā quālibet fraudeꝝ pcurādam. p̄mū autē pdigi illorum sunt pdigi simplices. Alii autē nō. s̄ sunt peioribus viciis affecti ꝛ p̄ncipaliter. gratia quorū pdigalitatē illā incurrūt. que est dare qbus nō oportet. dicendū ergo q̄ multo peiores possunt esse t̄les pdigi compositi q̄ simplices illiberales. q̄ non dant quibus oportet. s̄ tamen illiberales. isti peiores sunt prodigis simplicibus. ꝛ ita debet intelligi conclusio proposita. hec autem sic intellecta probatur facilliter. primo. quia peior est q̄ inanimati motiuo mouetur ad peccandum. talis autem est qui nō dat quibus oportet. ille enim ex apparentia vtilis pecunie mouetur ad nō dandum: alter autem mouetur ad dandum ex apparentia honestatis dationis. vtile autē est minus bonum honesto. ideo ꝛ apprensibile est inanimati apparenti honesto. Et ex hoc etiam patet q̄ talis illiberalis. minus est curabilis tali pdigo. quia dictū fuit q̄ conantes ad honestum citius curabiles sunt. q̄ conantes ad vtile. propter quod etiam ꝛ peiores sunt tales.

Item tales simplices illiberales prodigi nō sunt mali. nisi quia liberali sunt contrarij. peior ergo est qui magis ei contrarij. s̄ ei magis contrariatur nō dans quibus oportet. quia tollit totum liberalitatis actū. dans autē quibus non oportet ex sola dilectione dationis. non tollit illum actum. imo si dat quibus non oportet p̄pter dationis dilectionem. multo magis daret quibus oportet. quod est liberalitatis effectus. Et confirmatur. quia nō dans quibus oportet directe opponitur liberali. cuius est dare quibus oportet. s̄ dans quibus nō oportet nō opponitur p̄ se ꝛ directe liberali. s̄ solus indirecte inq̄tum per hoc prohibetur a dando quibus oportet. quod ex hoc patet sicut dicit Aristoteles q̄ tyrannos nō dicimus prodigos. licet multa dent quibus nō oportet. nā multitudo possessiōnis eorum exhauriri nō potest. quin dando quibus nō oportet. possint etiam affluenter dare quibus oportet. vnde etiam de liberali dicit Aristoteles neq̄ quilibet dabit vt habeat dare quibus oportet. dicit etiam post. nō tamē dabit quibus non oportet. neq̄ quando nō oportet. neq̄ quocumq̄ alia talia. non enim vtiq̄ ad hoc operabitur secundum liberalitatem. ꝛ hoc consumens cuius rationem assignat dicens. nō enim vtiq̄ habebit in que oportet consumere. ergo apparet secundum Aristotelis verba q̄

dans quibus ꝛ quando ꝛ vbi nō oportet. ex eo peccat contra liberalitatem. quia non habebit quid consumere in quem ꝛ quando ꝛ vbi oportet. nō autem comparare possumus simplicitatem illiberalitatem ad prodigalitatem cum illiberalitate compositam. de quo multi dicunt per se manifestum esse. q̄ talis prodigalitas ē peior quia plura vicia peiora sūt vno. Sed forte non bene est sic simpliciter affirmare. qm̄ accipiens vndiq̄ vt possit dare. dum tamen non iniuste voluerit accipere sed solum sua. a suis debitoribus. quis nimis stricte ꝛ nullaz eis faciens gratiam repetendo. talis forte meliores potest habere intentionem ꝛ magis corrigibilis esse. q̄ illiberalis simplex v̄l nolēs dare vel ꝛ sumere. sed omnia sua (nullam faciens gratiā suis debitoribus) accipere ꝛ seruare. talis enim nullam videtur vel modicam habere affectionem ad honestum. alter autem nititur ad honestum licet nō recte. propter quē n̄ sum ad honestum etiam illiberalitatem videtur accipere. qui autem tendit ad honestum bene corrigibilis esse videtur s̄m̄ predicta. Sed cū plures sint modi illiberalium sicut dicit Aristoteles. dubitatur vtrū omnis modus illiberalitatis sit peior prodigalitate que ex illiberalitate componitur. videtur enim q̄ non. quia dicit Aristoteles. qui quidem enim in talibus appellationibus parci tenaces. kinibiles omnes datione deficient aliena autem nō appetunt neq̄ volunt accipere. hi quidem propter quādam moderantiam ꝛ rememorantiam turpium. videntur enim quidem vel dicuntur propter hoc custodire vt nō aliq̄ cogantur aliqd turpe opari. tales q̄ nō vident multū mali. ꝛ vident h̄re appetitū non p̄ncipalit̄ tendētē ad vtile s̄ ad honestū. iō vident eē meliores dictis pdigalibus. Sed tū illud nec adhuc aliis placē videt. dicunt enim q̄ si quis sua custodiat q̄tū est necēssum ad vite sustentationē ꝛ honestatis sui status obseruandā ipse in hoc nullo mō est illiberalis. Sed illiberalis est si vltra immēsurate custodiat. ꝛ t̄lis q̄ quis nō sit acceptiuus ꝛ quis p̄pter indigētiam timorē ꝛ ne cogat turpe aliquod opari sic custodiat. tū peior eē videt q̄ pdigus ex illiberalitate cōpositus. quia valde miser ꝛ inuiril̄is animi eē videt. cū hō sufficientes habuerit diuitias ꝛ vltra. q̄ sic timeat paupertatē vt nō audeat vti diuitiis. ꝛ q̄ repletus ꝛ vltra. miserā ducat vitam. ita q̄ p̄pter timorē paupertatis. que nō nisi infortunio venire pōt. fiat statim pauperrim⁹

ex electione. Itē animus dantis tendit drecte ad honores. animus autē illiberalis nō: s̄ solū ad turpis euitationē. p̄pter q̄ ꝛ statim in currit turpe generosioris enim animi est tendere ad honestū cōsequendū nō solū ad turpe fugiendū. p̄pter q̄ dicit in poetria Aristoteles. q̄ aie vtiōse ꝛ nobiles naturaliter inuenerūt p̄mo artem carminū ad laudādū ꝛ p̄ferendū facta pulchra ꝛ decora. aie autē deficientes ab his in nobilitate inuenerūt carmina ad vitupandū ꝛ detestādū turpia ꝛ inhonesta. ergo ꝛ.

Ad ratiōes Ad p̄mā dicendū est q̄ cū hoc q̄ pdigus m̄tis p̄ficit aliis. ꝛ illiberal null. illiberal magis peccat ad seipm̄ q̄ pdigus. quia figit affectionē in diuiniis. p̄ponēs eas honoribus. i quo detur p̄mens ipsius. q̄ est peius q̄ corpus depaupari p̄pter tendētā ad honesta. ꝛ magis incurabile sicut dictū fuit. Ad aliā dicendū q̄ nō solū pdigalitas s̄ omne viciū peccat contra prudentiā. quia sicut dicit 3<sup>o</sup> huius ois malus ignorat. imo illiberalis fortius peccat p̄tra prudentiā q̄ pdigus. nā pdigus quasi solū peccat p̄ prudentiā ex incōsideratione. nō enim h̄z multū aim deprauatū cū inclinatioem habeat ad honestū. illiberalis autē p̄ponens s̄m̄ appetitū vtile honesto. habet aim ꝛ appetitū deprauatū ꝛ facientē errare rōem. ꝛ sic errat ex electione. q̄ est peius q̄ errare ex inaduertētia vel incōsideratione. Sed dices tu quare ergo Aristoteles. vocauit pdigū magis insipientē q̄ illiberalem potest dici q̄ hoc fecit quia peius q̄ est in pdigo est incōsideratio. cū affectionē quali nō habeat nisi ex incōsideratione. distortam. a peiori ergo noīat viciū illud. Sed illiberalis peius habet q̄ incōsiderationē. quia deprauationē appetitus. iō nō sufficeret eū vocare insipientē s̄ prauū. vel sic dicūt alii. licet illiberalis sit insipientior simpliciter. tū apud vulgus quod cōiter circa pecunias afficit illiberaliter. prodigus vocatur insipientior. iō insipientem vocauit eū s̄m̄ vulgi famositate. Ad aliā dicendū q̄ dans quibus nō oportet est melior. Ad imp̄bationē qm̄ dicit quod subtrahē bonū morale est peius q̄ subtrahere bonū temporale. ꝛ cedo. s̄ dico q̄ dans quibus nō oportet nō subtrahit bonū morale nisi forte p̄ accidēs. quia nō dat ex intentione vt recipientes malavtatur dono. s̄ solū ex intentione honestatis apparentis in datione. prauitas autē recipientis est illa que p̄ se subtrahit ab ipso bonum morale Sed nō dans quibus oportet. subtrahit ab ipsis a-

liis bonū tpale. ꝛ a seipso bonū morale magis q̄ pdigus vt dictū fuit. iō nō valet. Ad aliā dicendū q̄ peius sequit̄ in ipso nō dante quibus oportet. q̄ in dante quibus nō oportet s̄ maior appetitus deprauatio. s̄ in aliis pōt sequi peius ad dare quibus nō oportet. s̄ tū hoc est p̄ter dantis intētionē ꝛ p̄ accidēs. iō nō valet. Ad aliā dicendū q̄ melius esset pecuniā p̄dere totaliter q̄ inordinate affici circa eā. ꝛ.

Verisexto Vtrū vsura sit p̄ se praua q̄ etiā si nō esset phibita. Arguit q̄ nō quia nullus cōtractus vtiq̄ p̄ti volūtarij. ꝛ vtiq̄ cōmodus. ꝛ nulli nocius videt eē s̄m̄ se malus. s̄ vsura pōt esse talis cōtract⁹. q̄ ꝛ. maior patet quia in q̄nto libro vbi Aristoteles. enumerauit cōtractus iniustos nō videt enumerare nisi aut nociuos aut inuolūtarios saltem alteri parti. minor patet. quia possibile est aliq̄ mercatorem si haberet pecuniā posse multū lucrari. si ergo pecuniā capiat ad vsurā. ille cōtractus est vtiq̄ voluntarius. ꝛ usurario lucratiuus. ꝛ mercator adhuc multuz plus lucratur. de mutuata pecunia. ꝛ totum hoc nulli videnti videtur esse nociuum ideo ꝛ.

Item leges ciuiles compositae sunt a sapientibus ꝛ sunt consonae recte rationi. secunduz q̄ humana rō sibi derelicta (hoc est circūscriptis fide ꝛ p̄ceptis) iudicare pōt. iō dicit q̄nto huius q̄ lex precipit s̄m̄ om̄s virtutes ꝛ malicias. hoc quidē iubēs s̄ virtutes ꝛ opa v̄tutū. hoc autē phibēs s̄ malicias ꝛ opa maliciarū. Ideo nihil videt s̄m̄ se malū q̄ exp̄sse p̄mittit a lege ciuili. s̄ vsura ē h̄mōi q̄ ꝛ. Itē quicqd est licitū recipere. illud est licitū velle recipere. ꝛ cū pacto etiā recipere. s̄ p̄ cessiōne pecunie licitū est recipere lucrū. q̄ licitū ē cū pacto recipere. q̄ tū ē vsura: maior nota ē quia velle vel pactū nō viciāt opationē s̄m̄ se licitā. cū in oī legitio p̄tractu inueniat velle ꝛ cū pacta sint de iure naturali vt h̄re in p̄ncipio decretorū. minor p̄ quia gr̄az faciētū licet accipere remunerationē ab eo q̄ recipit. imo recipiens ad h̄ tenet vt p̄ q̄nto hui⁹. mō mutuas alteri pecuniā facit alteri gr̄az. q̄ ꝛ. Itē possū tibi licite tradē domū meā ad anū sub t̄h pacto q̄ reddes mihi eā ita bonā ꝛ integrā sic ego tibi tradiderā. ꝛ q̄ vltra tradas decē libras. q̄ vides q̄ pacto p̄sisti possū tibi licite tradē pecuniā meā. Oppositū apparet. quia Aristoteles. simpliciter vocat vsurarios illiberales. vñ de mētricio patris ꝛ de vsurariis. dicit. oēs ei isti vñ nō oportz ac

cipiunt: quum non oportet conuicere aut in ipsis turpis lucratio apparet: omnes enim gratia lucri et huiusmodi pravi obprobria sustinet. Primo dicendum est de usura. Secundo de quibusdam usure propinquis. Oportet autem accipere quicquid dicitur per nomen usure. usura enim nihil aliud significare videtur quam accipere et ex pacto alium obligare ad tradendum ultra sortem.

Notandum ergo est (ut aliqui dicunt) quod recipere ultra sortem potest esse dupliciter. Vno modo in releuatione damni. scilicet quia mutuas alteri suam pecuniam. ex tali mutuo aliquod damnum incurrit: et hoc (ut aliqui dicunt) est licitum. vel saltem non esset secundum se illicitum nisi esset prohibitum. Alio modo in acquisitionem lucri. ut si mutuans alteri pecuniam nullo modo damnificet ex mutuo. sed quia pecunia sua tamen valeat in manu aliena sicut in manu sua. et iste velit ex mutuo ultra sortem recipere. vel etiam si damnicet et velit ultra sortem plus lucri recipere quam incurrit damni. et hoc modo usura non est licita. sed secundum se prava etiam si non esset prohibita. Primum probatur sic. quia ponatur quod sortem habeat xx solidos debet domino suo sub pena duorum solidorum pro se debeat domino suo xx solidos sed pena quantum or solidorum. et non habeat pecuniam. dicit ergo sortem amice concede mihi tuos viginti solidos. reddam tibi viginti duos solidos. propter damnum quod erga dominum tuum incurres. quam aliter maius damnum incurreret. probo quod ille contractus est licitus et bonus quia iustum est licitum. iste autem contractus est iustus quia iustum in equo dano consistit ut patet in quinto. sed damnum sortis est in tali mutuo non solum viginti solidorum quibus paratur. sed ultra duorum in quibus domino tenet ex defectu solutionis. ergo lucrum equale tali dano non est quod viginti solidos a platonem recipiat. sed quod viginti duos reddat. Et si ista conclusio sit vera. videtur quibusdam quod captores aut mercatores qui quotidie per mutationem sue pecunie lucrant. quibus pro parte esset damnum suum ponere pecuniam in manibus aliorum. licite si non esset prohibitum. possunt suam tradere pecuniam ad usuram. dum tamen ultra sortem nihil plus accipiant. quam in sua mercatura vel in cambio de illa pecunia lucrarent. Et videtur eis quod hoc sustineri possit. illo casu quo captores vel mercator non habet diuitias excellentias sed quod indigent continue lucrari de sua pecunia ad vite necessitatem et status honestatem seruandam. si tamen tales essent diuites abundantes peccarent. et si non contra iustitiam. tamen contra liberalitatem. tales enim

ex vi liberalitatis tenentur vicinis et amicis indigentibus succurrere. non solum concedendo pecuniam eis sine lucro. sed sepe etiam in dando. Et sic sine dubio (ut isti dicunt) tales contractus fugiendi sunt quantum possibile est. nisi pecuniam que retinetur in magna et euidenti fuerint positi necessitate. quam citissime videri potest indigenti et aliis circumstantibus quod ille captor vel mercator pro licito recipere ultra sortem. non solum autem cauendum est redargui sed etiam videri redargui. unde dicit Aristoteles. quarto huius. Si enim sunt hec quidem secundum veritatem turpia. hec autem secundum opinionem. nihil differt neutra autem operanda. Secunda conclusio probatur. primo ex his naturali conditione. homo namque natura animal civile est. et concitatus. ut dicitur primo politice. propter quod et ex huiusmodi nature debito alteri obligatur ad illud quod illi prodest et sibi non nocet. non est autem rationi consonum in illo requirere lucrum ad quod quis alteri ex debito obligatur. Item ex conditione misericordie quia misericordia est tristitia de miseria alterius. naturale autem est velle oppositum eius quod infert tristitiam si ad hoc non sit alterum malum consequens vel annexum. quomodo tristitia stupefacit et corrumpit naturam habentis ut 3<sup>o</sup> huius dicitur. ergo ex debito misericordie ratio dicitur quod homo releuet a miseria vicini bonum vel amicum si potuerit absque nocumeto: potest autem aliquando dare. tunc ratio recta iubet dare liberaliter. Si autem dare non potest sine detrimento. tunc potest aliquando mutuando. ergo tunc ratio recta iubet mutuare liberaliter sine lucro. capere enim ultra sortem non est releuare sed potius aggravare. quam illi satis est sortem exsoluere. Item ex conditione liberalitatis. quia lucrum ab indigente exposcere illud quod nullum dano ab eo recipit. turpis lucratio est et ad liberalitatem spectat. est enim accipere unde non oportet. sed sic facit capiens ultra sortem. ergo 2<sup>o</sup>. Item ex conditione iustitieque in equalitate damni et lucri consistit. quoniam iniustus est pro re semel commutata pluries precium recipere non enim seruaretur equalitas. sed sic fit in usura: Ad cuius probationis euidentiā. est sciendum quod duplices sunt possessiones. quedam quarum usus est perceptio ipsarum. et non potest remanere dominium ipsarum. sicut vini et panis usus consumptio ipsorum est. Alie sunt quarum usus non est ipsarum perceptio. sed in usu et post usum manere potest dominium ipsarum. sicut sunt ager. domus. equus. In primis ergo transferri non potest in alium usus sine dominio. In

secundis autem potest. In secundis ergo vendi potest usus re tanto domino. propter quod sine vicio tu potes per usum equum vel agri tui ad certum tempus percipi recipe ex pacto. et iterum post illud tempus equum repetere vel agrum. sed in primis tu non potes quia in translatione usus simul transferre dominium. Modo sciendum est (sicut dictum fuit prius) quod pecunie usus est eius consumptio. et in eius dominium translatio. ergo pars quod est solavnica commutatio pecunie quo ad usum et dominium. et non distincta. cum ergo usurarius de pecunia mutuanda pactum facit de rehabendo tantum. et iterum per tempore credentie de habendo aliam certam summam. quasi si esset venditio usus a venditione domini distincta. manifestum est quod pluries ipse capit precium per vnica sue rei commutatione. ergo est iniustus. Item qui precium ex pacto petit de re que non est sua sed illius a quo petit. est iniustus et tanquam raptor. tunc autem est usurarius. probo quia in traditione pecunie statim pecunia efficitur recipientis. per qua tamen traditione obligatur de iure recipientis ad reddendum equale et non plus. nisi forte quod tradenti tenet satisfacere de suo labore. sicut posito quod usurarius tradat decem libras. et laborem tradendi et recipiendi vellet sustinere pro tribus denariis. ergo si precium capit pro tempore credentie manifestum est quod non de suo petit lucrum sed de illo quod est eius a quo petit. Item ex dictis patet quod usurarius de hoc quod recipit ultra sortem. non vendit nisi tempus. hoc autem est contra deum et naturam qui tempus dederunt omnibus in communi. ergo Ex his etiam manifestum est quod terminatores vere sunt usurarii. verbi gratia. ille dolium vini daret in sicca pecunia pro viginti. sub pacto autem credendi pecuniam per annum vendit ipsam viginti quibus. constat quod talis precium capit pro medio tempore pro quo nihil habet in vino. quoniam a principio totum transfert dominium ad recipientem. Et ex nunc dictis etiam videtur esse manifestum quod non sit verum illud quod secundum alios in prima conclusione dictum fuit scilicet quod captores et mercatores possunt licite prestare ad usuram. dum tamen non plus ultra sortem acciperent quam de illa pecunia in sua mercatura vel cambio lucrarentur. quoniam tales pluries precium acciperent pro eadem venditione. et venderet quod non est suum. sicut argutum est. et hoc puto esse verum. Sed quid dicemus de quibusdam ciuitatibus que consueverunt accipere sibi pecuniam orphanorum usque ad certos annos. et illam totam eis restituere. et interim quolibet

anno. aliquam eis certam summam pecunie ministrare. nonne est hec usura viciosa. Potest dici quod non. quia iuri naturali consonat quod illi specialiter de communi viuunt qui parentibus carent. et nundum habent usum rationis. propter quod non videtur peccatum quicquid communitas dare talibus assueuerit. Sed tu dices. domine illa non est causa propter quam communitas quolibet anno ministrat pecuniam. sed tota causa est. quia pecuniam eorum accipit. cuius signum est quia plus ministrat a quo plures pecunias accipit. et nihil pauperibus a quibus nihil capit ergo. Forte quod ad hoc dici potest quod illa potuit esse causa dicere consuetudinis. Sed oportet scire quod distributiones iuste non fiunt secundum arithmetricam proportionem. sed secundum geometricam. ut dicitur in quinto. ita quod oportet distributiones proportionari statibus et excellentiis personarum. potuit ergo communitas ordinare ut proportio puerorum nutrimentorum in ciuitate quo ad ipsorum status et excellentias mensuraretur diuitiis ipsorum. quas communitas capit ad custodiendum. propter quod rationabiliter maiorem habenti pecuniam magis darat. Adhuc est alter contractus usure talis. quidam indigentes pecunia sicca vendunt vinum non statim tradendum. sed post dimidium annum et pecuniam inde recipiunt siccam. dant enim illud vinum pro decem libris de pecunia sicca. quod valebit secundum communem estimationem viginti tempore traditionis. Constat ergo quod emens vinum. illicitam committit usuram. nam talis pro illa pecunia tempore receptionis vini non haberet nisi medietatem illius vini. pro citiori autem pecunie traditione acquirit sibi aliam medietatem. ergo de pecunia sua capit lucrum pro intermedio tempore. in quo tamen pecunie dominium non habebat. Ad istum quidem modum reducere volunt emptionem bladum in herbis. frumenta enim in herbis dabo pro decem ad habendum pecuniam siccam que tempore messium valebunt viginti. Sed forte quod non est simile. quia simul utrobique transfertur dominium rerum utriusque in alterum. nec tamen valet frumentum in herbis quantum maturum imo totum ante maturum rationem posset casualiter perdi. vltimus est alter contractus qui sepe fieri solet quod tempore messium vel post. quando blada vel vina solent esse precii minoris. diuites suum bladum vel suum vinum concedunt indigentibus pro

reddendo tantū bladū vel trā vinū in estate quā solent esse precii carioris. vel pro reddendo precii quo illud vendē. et hoc dicunt nō esse vsuram. neq̄ illicitū. p̄batio quia hoc videt̄ esse simplex mutatio gratiosa. cū nō repetat̄. nisi tales tantū: quale et quantū traditū esset vel erat. Secundo quā ille diues rem suā seruare potuisset vsq̄ ad illud t̄ps. et tūc tantū vendidisset quā tū recipere vult ab illo. Sed hoc videt̄ mihi periculosum. quā (sicut dicit̄ quō huius) omnia cōmutabilia debent aliquo vno mensurari. hoc aut̄ firmitatē est opus. hoc est indigentia humana. cū ḡ ex indigentia humana pueniat quod bladum aut vinū plus vendit̄ in estate quā in autumno. nō videt̄ equalitas seruari si ex pacto per traditionem doli in autumno velit quis recipere doliū in estate. In aliquibus enī possit magnū incōueniēs accidere. verbi gr̄a. numerus pomorū qui valet decē solidos in autumnovale quinquaginta in estate. Item sicut de loco ita de tempore. Si aut̄ doliū solet parisius valeat decē. et atrebativiginti. nō eēt equalitas seruata iustitie. quod pro doliū tradito parisi debent tradere doliū atrebatū. ergo ita de tēporibus et de quibuscūq̄ aliis circūstantiis que solent reddē rē maiorē precii vlt̄ minorē. Nec v3 quod illi dicebāt talē esse simplicē mutationē. p3 enī quod nō. ppter pactū de tpe quod exprimit̄ in contractu. vñ forte si nō exprimeret̄ tēpus redditionis aut si tale tēps exprimeret̄ quo cōiter res non sit maioris precii. tūc nō eēt cōtractus iniustus. nec etiā valet quod dicit̄ diuitē posse rem suā seruasse vsq̄ ad tale tempus. hoc enī et si sit verū. tū sine diminutione aut sine piculo pditionis et corruptionis aut oīno sine cura et sollicitudine nō seruasset. nec oportet si diues per aliquē modū licitū pōt tantū hēre de re sua. quod ppter hōis modus sit licitus per quē de ea nō caperet nisi tantū. Ad rōnes. Ad primā dicendū est quod ille contractus nō est simpliciter voluntarius recipienti. quia plus vellet recipere et reddere sine vsura. sed necessitas cogit eū ita velle recipere. Est ergo hoc voluntariū. nō simpliciter sed mixtū. Iterū ille cōtractus firmus est nociuus recipienti. quia oportet plus reddere quā valeat illud quod recipit. nec est attendendum ad sequentem rei euentum. quia euentus sequens nō iustificat contractū precedentem secundū se prauum. cum etiam contractus sequens nō sit ad vsurarium. Ad aliam dicendū est quod legē precipere circa omnes virtutes et mali

tias potest intelligi dupliciter. Vno modo per modum precepti proprie dicti siue iubendo siue prohibendo. et eorum que sic precipit nunq̄ permittit fieri contrarium. sed penam facientibus instituit. Alio modo precipit precepto large sumpto ut extendit se ad exhortationes vel dehortationem et eorū que sic precipit permittit bene fieri contraria. permittit ergo multa mala: aut quia non sunt aliis multum iniuriosa. aut quia quōq̄ sequitur ea aliqua vtilitas inq̄tū minus malum est eligendum ad euitandum maius malum. et ppter hoc lex permittit vsuram nō tū precipit ea. nec exhortatur sed dehortatur.

Ad aliam dicendū est quod omne illud quod licitum est recipere per modum debiti licitū est cum pacto velle recipere. sed hoc nō est verum de omni eo quod est licitum recipere per modum doni. quoniam pactum tollit doni rōem. Et quā dicitur. et ppter concessionem pecunie licet recipere lucrum. dico quod verum est aliquā per modum doni. Sed si dicas quod per modū debiti tunc oportet distinguere quod recipientē debet aliquid mutuari preter valorem pecunie traditam. potest intelligi dupliciter. Vno modo quod debeat sibi aliquid velle puta pecuniam. vinū vel bladum. et hoc est falsū quia grauare. Alio modo quod debeat sibi honoris alicuius impensionem per gratiarum actiones. vel huiusmodi. et hoc est verum. quia mutuans illam pecuniam indigenti opus fecit virtutis. premium aut̄ virtutis est honor. nec in hoc alter grauatur. quia in hoc nihil amittit de vtilibus: neq̄ de honestis. sed potius sibi acquirit quia honor in honorate manet. et quia in hoc ipse opatur opus virtutis scilicet iustitie. hoc enim requiritur ad retribuendum et seruandum proportionale. sicut dicit̄ quō huius. gratiarum enim sacrum proprium est gratie. refamulari enim oportet ei qui gratias fecit. ideo non esset peccatum si mutuans alteri pecuniam. pactum faceret quod ille sibi regratiaretur. Alia soluta est ex positione. Hec de questione.

Veritur septimo. Vtrum magnificentia sit virtus moralis: Videtur quod nō quia dicit Aristoteles. inops quidē nō erit magnificus. cuius causam assignat dicens. nō ei sunt ei a quibus multa consumet decenter. cōtū magnificentia sit circa sumptus magnos et decentes. sed sicut diues ita inops potest omnem virtutem moralem sibi acquirere. quod probatur. primo quia absurdum esset dicere nullum

pauperem esse pbum virū. nullus tū est pbus vir sine prudentia. et qui habet prudentiam habet omnem virtutem moralem. cū ipse sint sibi iuicem cōnexe. ut apparet sexto huius. Secūdo hō idē pbaf quia nō est in ptate nostra esse diuites. ideo si pauper nō posset sibi acquirere virtutes. ipse nō eēt in nostra ptate. cuius oppositum apparet 3<sup>o</sup> huius. Tertio idē pt3. quia paupertas sub dñio fortune est. virtutes aut̄ nō. idē rē.

Oppositum vult Aristoteles. breuiter debet videri quod nomine magnificentie debemus intelligere et illud per rōnem inquirere nō oportet. sed p̄supponere. ppter hoc quod nōia significant ad placitum. Dico ḡ quod per magnificentiam intelligimur et nūc intēdimus habitū electiuū inclināte ad magna opa et magnorū sumptuū faciēda quā vbi quō et quibus fuerit oportuni. et sic de aliis circūstantiis. Ex his statim patet quod magnificentia sit virtus moralis. quia circa quecūq̄ opera humana cōtinuatur peccare ppter excessū et ppter defectū. habitus electiuus inclinās ad medium tenendū recta rōne dictatū firmū exigētiam circūstantiarum est virtus moralis. hoc sepe apparuit ex p̄dictis: sed magnificentia ē huiusmodi ergo rē. Minor declarat̄ primo quod aliquā opa magna oporteat facere et cū magnis sumptibus apparet. quia quōq̄ oportet cōstruere ciuitates. edificare templa. cōgregare maximos exercitus ad bella imminētia vel sperata. dare cōiuiā nuptiarum et huiusmodi. Sed quod in his operibus exercendum contingat aliqui limites excedere rationis. apparet. primo si quis incipere velit opus maius quod exigit status eius et copia diuitiarū suarū. sic enim redactus in paupertatem perderet statum. et seipm̄ p̄uaret in posterum magnifici aut etiā liberalis opis exercitio: Ideo dicit Aristoteles quod in omnibus ad operantem refertur quis est et quarum possessionum. digna enim oportet his esse et nō solum opus sed etiam et faciente dicere et cet̄a. Et iterum. ille regulam recte rationis excederet qui in paruis operibus scilicet parum vtilibus aut inhonestis vel parue honestatis existētibus sumptus magnos et operi improporcionabiles apponeret. puta sicut dicit Aristoteles quod histriones cibans nuptialiter et comedis tribens rē. et vniuersaliter si non boni gratia faciet. sed diuitias ostentans: ita de singulis circūstantiis posset induci. Et eodem modo potest apparere quod deficere contingat in predictis ab eo quod oportet. aut quia nō sit quod hone

sum esset fieri vel quia minus sit quod deceret. vel etiam sicut multi qui cum magnum opus inceperint. et magnum sumptus apposuerint. propter in quibusdam paruis parcere pecunie perdunt totam operis honestatem. aut si tardantes faciunt aut tristati. propter quod apparet satis quod magnificentia sit virtus moralis. Sed maior ē dubitatio an ipsa sit virtus distincta specie cōtra liberalitatem. de quo multi dicunt quod sic. primo quia habent obiecta propria distincta. nam proprium obiectum liberalitatis est pecunia ut vtilis. Quod enim liberalitas aspiciat pecunias: dicit Aristoteles in principio capituli de liberalitate. Sed quod aspiciat eas ut vtilis. apparet per Aristotelem in eodem capitulo in illa particula quorum aut̄ est aliqua vtilitas rē. Sed obiectum proprium magnificentie est operabile magnum ut magnum. propter quod ex cōsequenti magnificentia respicit pecunias ad illud operandū necessitas. Et hoc notant Aristoteles dicens quod magnificus qualiter optimum sit opus et decentissimum intendet vtiq̄ magis quā quō ad idem sic. Ille virtutes sunt diuerse. que in suis electionibus includunt diuersos fines ista p3 quia vniquodq̄ determinatur sine ut dicit 3<sup>o</sup> huius. electiones ergo sunt distincte et diuersorum morum que diuersos fines includunt. distinctio aut̄ electionum distinguit virtutes. cū in tertio huius dicat Aristoteles. electionē maxime propria esse virtuti. et mores magis electionibus iudicari quā operationibus. sed electiones liberalitatis et magnificentie diuersos fines includunt. quā si liberalitas et magnificentia cōueniūt in dare et expendere. tū magnificentia hoc intendit ut opus magnum faciat. liberalitas aut̄ ut vltimū pecuniarum debitū exerceat. Alii aut̄ ad idē apponūt aliam rationem talez. virtutes morales ex eo ponuntur in appetitu ut impet̄ passionum moderent et reprimant que innate sūt trahere appetitum ad actum inordinatum et turpem. ideo cum hoc sit difficile. dictū est in sc̄do huius quod omnis virtus est circa difficile. hoc primo supponatur. Secūdo supponit̄ quod aliqua sunt obiecta que firmus se siue sint magna siue parua. sunt innata inclinare appetitum ad actum turpem. cuiusmodi sunt diuitie et honores. diuitie quidē tū quia per eas vita sustentat̄. tū quia magnū aliqd̄ in eis ex multis vtilibus efficit̄. honores aut̄ ex eo quod maxie considerat̄ excellētiam. et honor in signū excellētie exhibet̄. idē d̄ p̄o r̄thorice:



quod honor est de numero delectabilissimorum propter ea quod sit fantasia unicuique quod studiosus sit. Alia autem sunt obiecta que non sunt innata mouere nos ad actus turpes nisi ratione sue magnitudinis. cuiusmodi sunt terribilia circa que est fortitudo. vnde 2<sup>o</sup> rhetorice quod non omnia timentur sed quecumque aut tristitias magnas aut corruptioes possunt. Alia autem sunt obiecta quibus magnitudo proprie non conuenit. sicut sunt delectabilia tactus et gustus. sed secundum se innata sunt trahere appetitum. modo igitur quia alia est ratio obiecti accepti secundum se. et phidati secundum eius magnitudinem. et quia sic et sic ipsum habet alium et alium modum trahendi appetitum propter quod aliquid se habet bene circa parua et mediocria. qui non habet se bene circa magna. Ideo necesse est duplicem ponere virtutem circa illa obiecta. que et secundum se et secundum eorum magnitudinem innata sunt trahere appetitum. propter hoc igitur oportet duplicem esse virtutem circa pecunias scilicet liberalitatem et magnificentiam et duplicem circa honores scilicet magnanimitatem et philotimiam. Sed vna tamen circa terribilia scilicet fortitudinem et vnam tamen circa delectabilia scilicet temperantiam. Alii autem oppositum affirmant siue contrarium. dicentes quod magnam et paruum. non diuersificat spiritum. alii enim oportet ponere duplicem iustitiam commutatiuam. et duplicem distributiua. vnaque scilicet circa magnas alia circa parua. Et similiter oportet ponere duplicem temperantiam et duplicem fortitudinem. quia sicut sunt diuitie magne et parue. ita sunt terribilia siue tristitia parua. et magna. et delectabilia magna et parua. et constat quod multi non solum magnis sed etiam paruis timoribus aut tristitiis vel delectationibus subducuntur. Alii vero non nisi maioribus. propter hoc enim solent distinguere timor in illum qui innatus est eadem in constantem virum et in illum qui non. propter hoc etiam Aristoteles in septimo huius non tamen ponit temperantiam que est virtus perfecta inter temperantiam et insensibilitatem sed et plures alios habitus que nec sunt perfecte virtutes nec perfecte malitie. scilicet continentiam et incontinentiam molliem et pseuerantiam. Temperatus autem est qui bene se habet in magnis delectationibus et in paruis. Continentes autem et pseuerans sunt qui bene se habent in paruis et mediocribus: sed non in magnis. Incontinentes autem et molles sunt qui vincuntur etiam a delectationibus debilibus vel tristitiis: sed non ex electione. Intemperatus autem et insensibilis qui sunt mali simpliciter. sicut qui in vtrisque ex electione male se habent. hic quidem secundum superabundantiam. hic vero secundum defectum. has autem delectationes et tristitias maiores et minores notauit Aristoteles in septimo

dicentes. Est quidem sic habere vincere. et quibus multi meliores est ut superare. et quibus multi minores. horum autem hic quidem circa delectationes incontinentes si autem continentis hic autem circa tristitias molles. hic autem pseuerans. Ideo etiam dicit Aristoteles. ibidem. non enim si quis a fortibus et super excellentibus delectationibus vincitur: admirabile. sed condonabile si contra tendens talis tamen non est temperatus simpliciter neque virtuosus. Si igitur deinde liberalitatis et magnificentie attendit in hiis quod liberalitas est circa pecunias necessiorum et sumptus minores. magnificentia autem circa maiores sequitur quod ipse non erunt distincte virtutes. Item virtus attendit circa maximum in quod potentia potest ut sepe dictum fuit ante maximum autem difficultissimum non est passione parua vel etiam medio cre moderare. vel etiam passionis impetum moderare. vel debilem refrenare. sed est vincere et regulare maximas passiones et fortissimos impetus earum. Aliter enim continentia et pseuerantia de quibus in septimo docet Aristoteles. put etiam a temperantia distinguuntur. eadem virtutes. quod Aristoteles non concedit. sed maxime passiones et fortissimi impetus earum non sunt ab obiectis minoribus vel mediocribus sed a magnis et maximis: ergo liberalitas si non esset circa maximas pecunias et magnos sumptus. ipsa non esset virtus. Item Aristoteles dicit liberalitatem extendi circa omnes que in pecuniis operationes. magnificentiam autem esse circa sumptus solum. dicit enim sic. non enim quemadmodum liberalitas extendit circa omnes que in pecuniis operationes. sed circa sumptuosos solum propter quod videtur intentio fuisse Aristoteles. quod magnificentia non sit nisi quidam specialis modus liberalitatis. sicut dictum fuit in capitulo de temperantia castitate. sobrietate. phronia et huiusmodi modos esse temperantiam et non virtutes distinctas ab ea. Item non valet distinctio obiectorum. quam pores posuerunt scilicet quod liberalitas sit circa pecunias ut est utilis tanquam circa proprium obiectum. magnificentia autem circa operabile magnam. quam virtutum distinctio non sumitur secundum distinctionem obiectorum exteriorum secundum suam suam acceptorum quia tunc non esset eadem iustitia circa oues et boues domos et agros diuitias et honores. cuius oppositum in quanto apparebit nec etiam eadem temperantia circa cibos et potus et mulieres. cuius oppositum in tertio dictum est. Sed distinctio virtutum accipitur secundum distinctionem passionum quas obiecta innata sunt inferre appetitui: que innata sunt inclinare appetitum contra rationem. quam non ad aliud indigemus virtutibus. nisi ad huiusmodi passiones moderandas. et earum im-

petus illicitos refrenandos. Constat autem quod pecunia propter eius utilitatem innata est mouere appetitum ad amorem ipsius. qui quidem amor potest inclinare appetitum ad nimiam eius retentionem et defectuosam dationem vel consumptionem propter quod statim concedendum est quod circa pecunias ut sic oportet aliquam esse virtutem quam omnes liberalitatem vocant. Si quis autem circa operabile magnam deficiat. vnde philosophus dicit. non videtur quod hoc sit propter passionem quam operabile magnam ut magnam inferat appetitui. quam ut sic nunquam traheret ad defectum. sed hoc est propter amorem seu affectionem ad pecuniam vtilem existentem. que inclinatur ad opus magnam quod oportet facere non faciendum vel ad faciendum minus quam deceret. ne tanta pecunia consumatur. propter quod pars quod eiusdem moris sunt passiones pro liberalitate et magnificentiam moderande. et pro consequens idem est obiectum liberalitatis et magnificentie acceptum secundum eius rationem propriam et formalem. Ideo pro oportet rationis illorum concludi potest quod ille non sunt virtutes specie differentes. Item nec etiam est verum quod aliqui illorum imaginantur. scilicet quod magnificentia solum habeat locum in magnis sumptibus ad aliquod exterius factibile magnum videlicet castrum vel templum vel huiusmodi faciendum imo ipsa locum habet generaliter circa quascumque decentes dationes vel consumptiones magnarum pecuniarum. quemadmodum liberalitas est circa quarumcumque pecuniarum decentes dationes aut consumptiones. vnde Aristoteles dicit quod magnificentia est circa peregrinorum susceptiones et missiones et dationes et retributiones. Item neque valet distinctio finium quam illi notauerunt. quam niam tam magnificum quam liberalis intendit decentem pecunie dationem vel consumptionem retentionem. sed tamen uterque principaliter intendit operis decentiam. gratia cuius pecunia sit consumenda. quia propter quod vnumquodque tale. et illud magis est. propter hoc mihi videtur quod magnificentia non sit alia virtus a liberalitate. sed quod ipsa sit modus eius quidam contrahens eam pro quadaque materialem seu accidentalem deam. puta pro magnitudinem operis et expensarum propter quod dicit Aristoteles. omnem magnificum esse liberalem. sed non econuerso. sicut omnis homo est homo corpore magnus. Et possit exemplum poni de fortitudine et temperantia. quia fortitudo non est solum circa mortis pericula. sed etiam circa alia minora pericula. sicut dictum fuit in capitulo

de fortitudine. Tamen excellentissimus actus fortitudinis est circa pericula mortis in bello. Similiter temperantia non est solum circa totalem abstinentiam ab actibus venereis sed tamen electio continuata totalis abstinentie ab actibus venereis in quibus et quando et ubi fuerit opportunum et sic de aliis circumstantiis. est forte maximus actus temperantie. propter quod illo casu virginitas ponitur esse virtus. Possit ergo dici quod magnificentia se habet ad liberalitatem sicut fortitudo contracta pro applicationem eius ad pericula mortis in bello. se habet ad fortitudinem simpliciter et communiter acceptam. Et sicut temperantia contracta ad virginitatem se habet ad temperantiam simpliciter. vnde si cut non decet quemlibet ad bellum ire. nec quemlibet esse virginem. ita nec decet quemlibet esse magnificum. Ita tamen intelligendo quod ille non esset simpliciter et perfecte temperatus qui non eligeret totalem abstinentiam si videret hoc oportere. nec ille esset liberalis qui non eligeret expensas magnas si videret oportere. et oppositum non oportere. tamen nec ille temperatus qui non abstineret eo quod non oporteret abstinere. diceretur virgo nec ille liberalis qui non exederet magna eo quod hoc non deceret ad ipsum diceret magnificus. Et si quis querat quare de terminauit Aristoteles. separatim de liberalitate et magnificentia et similiter de magnanimitate et philotimia et non fecit ita de fortitudine. dicendum est forte quod hoc fecit ad doctriam vulgi. vulgus enim et quasi omnes maxime nituntur ad pecunias et honores et ultra quam oportet. et in his maxime voluit ciuilibus communicatio. propter quod voluit magis ostendere et quomodo communiter se habendum sit circa ea et specialiter circa magna. his autem visis omnia satis soluta sunt que his videntur opponi. Apparet etiam quod alii dubitauerunt scilicet an magnificentia sit virtus nobilior liberalitate. dicendum enim est quod non in eodem supposito. quia eadem est virtus in eo qui est magnificus. tamen dicendum est quod magnificentia est modus nobilissimus liberalitatis. et potest etiam concedi quod modaliter vel etiam quo ad exteriores actus magnificentia est nobilior ea liberalitate que non est magnificentia videlicet ea liberalitate que est in eo quem non decet magna hoc est dictum quod liberalitas in principibus quos magnificentia decet exercet actus exteriores maiores et

excellentes. q̄ in pauperibus: sic enim bene dicit Aristoteles. q̄ magnificentia superexcellit liberalitate magnitudine quæ admodum nomen significat. non regnat tamen pauperibus ipsam virtutem liberalitatis secundum et substantiam et secundum eius operationes interiores habere eque perfecte diuitibus. nam sicut dicit Seneca libro secundo de beneficiis. nulli preclusa est virtus. omnibus patet. Inuitat omnes. omnes admittit et ingenuos et libertinos seruos reges et exules. Non eligit domum. nec censum nudo homine contenta est. Et sic est finis questio nis.

Veritur octauo. Vtrum paruitentia et banausia sint vicia. Et videtur q̄ non quia sicut omnis virtus est laudabilis: ita omne viciu est obprobriofum. s̄ paruitentia et banausia non sunt obprobriofe quia dicit Aristoteles. q̄ obprobria non inferunt. Item Aristoteles in quadam epistola ad Alexandrum que sic incipit Aristoteles. Alexandro bene agere superlaudat ratiocinationem et consilii diligentiam. ipse autem dicit in quarto huius ratiocinii autem diligentia paruitentia. ergo paruitentia erit laudabilis. et nullum viciu est laudabile ideo et cetera.

Item si banausia esset viciu. hoc esset quia ratione excessus opponeretur magnificentie. s̄ hoc est impossibile quia magnificentia a magnitudine nomen accepit sicut dicit Aristoteles. Ideo q̄ magis erit excessus in magnitudine tanto magis erit magnificentia. Oppositum arguitur quia omnis habitus inclinans ad vltra vel citra q̄ oportet est viciu. s̄ banausia inclinatur ad vltra. et paruitentia ad citra ut vult Aristoteles. ideo concludit Aristoteles. q̄ habitus hi scilicet paruitentia et banausia malitie sunt. Non est dubium quin paruitentia et banausia sunt vitia si quis considerauerit quid dicitur per hec nomina nam sicut magnificentia significat habitum inclinantem ad opera magna faciendâ non absolute. s̄ quos decet et quando oportet.

et vbi et gratia cuius et quomodo oportet et sic de aliis circumstantiis. ita paruitentia significat habitum inclinantem ad non faciendâ magna que oportet facere attentis circumstantiis. vel ad ea faciendâ minora. vel cum minoribus expensis aut tardius q̄ oportet banausia autem significat habitum inclinantem ad faciendâ opera magna que non oportet facere circumstantiis attentis vel ad facere maiora q̄ oportet vel vniuersaliter ad faciendâ magna aliqua circumstantiis concurrentibus talibus. cum quibus circumstantiis talia facere non oportet. Ex quibus apparet q̄ tam paruitentia q̄ banausia sunt habitus inclinantes preter vel contra rectum iudicium rationis. ideo viciofi. Sed quod istorum viciofi sit maius. dubium est de quo diuersi diuersimode opinantur dicunt enim multi q̄ paruitentia sit peior. primo. quia ipsa est quedam illiberalitas et banausia est quedam prodigalitas. vel saltem paruitentia comparatur ad banausiam sicut illiberalitas ad prodigalitate. sed dictum fuit q̄ illiberalitas est deterior prodigalitate. ideo et cetera. Itaque ad propositum possunt adduci rationes que ad ducte sunt ad probandum q̄ illiberalitas esset peior prodigalitate. videtur enim q̄ banausia sit magis curabilis q̄ paruitentia. quia curari potest et ab egestate et a dictamine rationis. sicut de prodigo dictum fuit. Item paruitentia ex minori motiuo oritur q̄ banausia quia illa ex desiderio vtilium hec autem ex desiderio honoris. Itaque paruitentia videtur esse remotior a magnificentia q̄ banausia. quia banausus in substantia actus conuenit cum magnifico scilicet in multa amissione pecuniarum. Itaque quia banausus pluribus et magis videtur proficere q̄ paruitentia. Item quia paruitentia magis est occasio peiorum viciofi q̄ ipsa banausia quia ipsa cum fiat ex desiderio inordinato pecuniarum sicut illiberalitas est magis nata ducere ad auaritiam. Alii autem non acquiescentes istis rationibus asserunt banausiam esse deteriorez primo quia banausus peccat cum letitia et gloria hystrionum. paruitentia autem cum tristitia ut dicit Aristoteles. peccat autem tanto maius est quanto magis est voluntarius et cum maiori letitia.

Itaque deterius est facere quod non oportet dare quibus non oportet et expendere vbi non oportet. quam facere quod oportet et dare quibus oportet et expendere vbi oportet non tamen sicut oportet. Quinto patet quia actus malus ex obiecto est

deterior actu malo ex modo. sed banausus facit quod non oportet in transitu purpuram inferens. dat quibus non oportet comedis tribuens et expendens vbi non oportet. hystriones nuptialiter cibans. ut dicit Aristoteles. paruitentia autem facit quod oportet: facit enim quod faceret magnificus. et expendit vbi oportet vbi expendere magnificus. in nullo enim istorum videtur deficere. s̄ in his que sequuntur sc̄ quia non facit complete. et facit tarde. et studet parum expendere et tristatur in expensis. et putat semper maiora facere q̄ oportet. Isti autem defectus videntur posse stare cum dictis tribus bonis. ideo banausus videtur esse deterior. Itaque ex nunc dictis apparet q̄ paruitentia magis conuenit cum magnifico q̄ banausus. viciu autem est peius quod est dissimilius virtuti. sicut dictum fuit in secundo huius. Item peius est nec bene nec bonum facere q̄ bonum non bene facere s̄ banausus nec bonum nec bene facit ut patet in dictis exemplis. paruitentia autem bonum facit licet non bene. quia non perfecte ut dictum est ideo et cetera. Item deterius est in obsequium peccati pecunias amittere. q̄ necessariis vsibus referuare. s̄ banausus amittit pecunias in obsequium peccati scilicet in obsequium vanitatis et superbie sue diuitie ostentans ut ait Aristoteles. Item et in obsequio turpium voluptatum quas capit ab hystrionibus et comedians. paruitentia autem peccat timens pecunias sibi deficere in operibus magis necessariis. non enim videtur magnum peccatum si rex volens construere ecclesiam parceret expensis quantum ad multa accidentalia decoramenta. ut magis posset soluere debita. et indigentibus dona liberalia exercere. Item paruitentia quod facit. facit boni gratia. licet minus faciat q̄ decet. banausus autem non boni gratia s̄ diuitias ostentans ut dicit Aristoteles. qui autem boni gratia operatur melior est eo qui non boni gratia. ideo et cetera. De hac autem controuersia videtur mihi saluo meliori iudicio dicendum esse sicut de illiberalitate et prodigalitate dictum fuit q̄ sicut prodigalitas aliquando componitur cum illiberalitate. ita quandoq̄ banausia cum paruitentia. unde de banauso composito videtur dicere Aristoteles. et vbi oportet multa consumere pauca consumet. et vbi pauca multa. et ta

lem ego concederem peiorem q̄ simplicem banausum vel etiam q̄ simplicem paruitentiam. nisi ille paruitentia esset illiberalis omnino tam circa maiora quam circa minora. talis enim paruitentia esset valde malus. Quod autem banausus compositus sit peior apparet. quia talis omnino nihil boni videtur intendere. non enim in expensis multis intendit operis honestatem vel decentiam. quia tunc plura expendere vbi oportet. nec intendit ad bonum finem et honestum parcere pecunie. quia tunc magis parceret ei vbi non oportet multa expendere quam vbi oportet. banausus autem simplex intendere potest ad honestatem credens (licet false) in omni opere suo magnitudinem operis et multitudinem expensarum decere. propter hoc q̄ in plurimos secundum reuerentiam magna decent magnos et diuites. Similiter etiam paruitentia ille qui circa parua et mediocria non esset illiberalis s̄ solum circa maiora circa que dicimus esse magnificentiam: potest circa talia parcere pecuniis ex intentione boni finis. licet false sicut dicebatur videlicet ut in suis et amicorum suorum vel subditorum suorum maioribus necessitatibus succurrere possit perfecte sibi et aliis. Sed si velimus comparare banausum qui non sit paruitentia paruitentia qui non sit banausus. tunc videtur mihi q̄ conueniens sit adhuc distinguere de vtroque. Sciendum est igitur quantum ad banausum q̄ aliquis potest dupliciter excedere circa materiam magnificentie. Vno modo ex solo affectu magna faciendi. et tunc erit ibi simplex et vera banausia. Alio modo alicuius alterius gratia. videlicet aut lucri aut luxurie vel vani honoris aut turpis alicuius delectationis aut quoquo modo fraudandi gratia et tunc non esset ibi banausia simpliciter et principaliter. sed aliud viciu maius secundum exigentiam finis principaliter intenti. licet banausia dici possit ex consequenti. sicut dicit Aristoteles in quinto huius q̄ si quis lucri gratia mechatur. ipse non luxuriosus dicitur. s̄ auarus magis vel iniustus. Non est ergo dubium quin banausus hoc secundo modo sit peior paruitentia. quam si non sit peior ut banausus. tamen peior esse potest ex aliis maioribus viciis et principalibus irritis. propter quod solum querendum est de primo modo verorum et simplicium banausorum. Quantum autem ad paruitentiam. Sciendum est q̄ pauper paruitentia esse non potest. quia si magna

nō facit. s; pua. hoc est quia paruos nō magna s; parua decent. et si in omī opere suo intendit multū ad expensas. nō est mirū. hoc enī sue cōsonat indigentie diuites autē et potentes si sint paruifici hoc potest eē dupliciter. aut quia circa pecunias tantam habeant affectionem q̄ il liberales fiant et in magnis et in paruis et tales sunt valde mali. Aut q̄ satis bene se habeant in minoribus et mediocribus s; in magnis deficiant ab eo quod oportet. et tunc erit maior dubitatio de tali paruifico et de predicto banauso quis sit deterior q̄ de aliis modis prius dictis. Et videtur mihi q̄ paruificus sit deterior. qm̄ si quis q̄tumcunq; diues in operibus magnis p̄ceret pecunie. propter hocq̄ aliter nō esset suis aut amicorum vel subditorum suorum necessitatibus imminentiū succurrere talis nō esset paruificus. sed tunc esset solum paruificus. si propter parcere pecunie diminueret de operis magnitudine quod deceret ip̄m. vel si in eo tardaret preter rationem aut tristaretur. cū tamen diuitie sibi sufficienter abundarent et ad illud opus perficiendum et alia sibi et suis necessaria. aut etiam quecunq; magis decerent ip̄m operanda vel exercenda quo casu paruificus esset (vt mihi uidetur) comparandus ad banausum. sicut in capitulo de liberalitate comparauimus illiberalem ad prodigum nec aliorū rationes concludunt contra hoc. Ad primam enim dicendū est q̄ paruificus si tristetur hoc nō est de eo q̄ in opere est malum s; de eo q̄ in ipso bonum est. modo vicium est eque vel plus tristari de bono sicut gaudere de malo.

Ad aliam dicendum q̄ paruificus sepe nihil facit ei⁹ quod oportet. s; ab opere toto desistit propter abhorreere expensas. Itē et si quid facit eius quod oportet. tamen nō facit sepe totum quod oportet s; minus. banausus autēz ille de quo loquimur facit semper totū quod oportet et vbi et quando licet. et cū hoc facit plus q̄ oportet et vbi et quando non oportet. et per idem patet solutio ad tertiam rationē et ad quartam. Ad quintam dicendum q̄ ipsa procedit non de banauso qui ex solo affectu magna faciendi excedit sed de illo qui alterius gratia

Ad vltimam dicendum q̄ sicut banausus non excedit quod oportet boni gratia. ita neq; paruificus deficit ab eo quod oportet boni gratia. et sicut possibile est q̄ paruificus id boni gratia faciat in quo p̄uenit cū magnifico sic etiā et

de banauso dicendum est. Ad rationes principales. Ad primam dicendum est q̄ sicut magnificentia est laudabilis. ita banausia et paruitas sunt vituperabiles. licet non sint obprobriose. qm̄ obprobrium specificat vituperium trahendo ip̄m in famam vel ad grauem contumeliam. quod bene notauit Aristoteles. dicens. Sunt quidem habitus hi malicie. non tamen obprobria quidem inferunt. propter neq; nocuos proximo esse neq; valde turpes. Ad aliam dicendum est q̄ diligentia rariocinii capitur aliquādo pro nimia perscrutatione et computatione ad minima in expensis. et hec est paruificetia. Alio modo capitur pro debito et diligenti consilio de agendis. et istam Aristoteles superlaudat. Ad aliam dicendum q̄ nomen magnificentie prout ipsum est nomen virtutis. sumitur ab operis magnitudine. consona tñ recte ratio. aliter non.

Veritur nono Vtrum melius sit honorari q̄ honorare. Et videtur q̄ sic. quia melius est quod debetur deo et maioribus inq̄tum sunt maiores. q̄ quod debetur minoribus inq̄tum minores. et non deo neq; maioribus. Ideo dicit Aristoteles. maximū autem hic vti q̄ ponemus quod diis attribuimus. sed deo et maioribus conuenit honorari. minores autem tenentur honorare. idē. Item quod est appetibilius est melius. appetibilius autem est honorari prout experientia docet. strenuissimos enim viros et in dignitatibus constitutos videmus honorem maxime desiderare. et hoc etiā dicit Aristoteles. in littera. Et etiā primo rhetorice dicitur q̄ honor est delectabilissimorum. quia fit fantasia vnicuiq; q̄ sit studiosus. ex quo patet q̄ honor est valde appetibilis. quia eodem primo dicitur q̄ delectationem omnia prosequuntur et gratia ipsius delectari. honorare autem non omnia desiderant quod de magnanimo declarari potest cuius (vt dicit Aristoteles.) esse videtur quod in vnaquaq; virtute magnus. ipse tñ nō desiderat honorare quia dicit Aristoteles. q̄ magnanimi despectores videntur. dicit etiā q̄ magnanimus beneficiatus est. beneficiatus autē verecundat. hoc autē esse videt quia ipse desiderat honorari. et verecundat honorare. beneficiatus autēz tenet honorare beneficiantē idē etiā dicitur videt

Aristoteles. q̄ magnanimi videntur in memoria habere eos quibus vtiq; faciāt bene et a quibus autem patiantur bene nō minor enim qui patitur bene eo qui facit vult autēz superexcellere cū igitur magnanimus sit circa honores. hec omnia significare videntur q̄ ipse desiderat honorari et verecundatur honorare ideo. Item premium est melius merito. quia meritum est gratia p̄mii. et finis semper est melior eis que sunt ad finem. s; honorare modū meriti habet in hoc enim aliquis meretur q̄ alium honorat honor autem est premium virtutis ipsi honorato. vt dicit Aristoteles. Etia; in quinto dicit Aristoteles. q̄ exercentibus opus iustitie merces quedā danda. hec autem honor et gloria. Item q̄ est liberius est melius eo quod est seruilis. quia libertas est conditio nobilis. et seruitus vilis. sed honorari ē liberius et honorare seruilis. quod patet quia seruus tenetur dominum honorare dominus autem seruum. nō. s; honorari ab eo ideo. Item quod conuenit soli bono melius est eo q̄ conuenit indifferenter bono et malo. s; honorari conuenit soli bono. honorare autē bono et malo. igitur. Maior patet quia melius est in quo per quod bonum distat a malo q̄ in quo conuenit sibi. Minor patet. dicit enim Aristoteles secundum veritatem enim solum bonus honorandus. tam boni autēz q̄ mali tenentur honorare superiores suos et bonos. Item aliter sequeretur q̄ magis rex deberet velle honorare vasallum q̄ velle honorari ab eo quod est falsum. quia subuerteretur rei publice ordo. Operositū arguitur. quia melius ē q̄ declinat ad humilitatem eo quod declinat ad superbiam. sed honorare et velle honorare declinant ad humilitatem. honorari vero; velle honorari ad superbiam ideo. Item virtus magis est bene facere q̄ bene pati. vt dicitur capitulo de liberalitate. s; honorare est bene facere et honorari ē bene pati ergo. Confirmatur quia sicut se habet dare ad recipere circa pecunias. ita honorare ad honorari circa honores. s; circa pecunias dare est melius q̄ recipere. sicut dictum fuit capitulo de liberalitate. ideo. Primo videndum est quid est honor. de quo dicit Aristoteles primo rhetorice q̄ honor est benefactiue opinionis signum. quod sic glosari potest. honor ē signum per quod honorans ostendit se opinari q̄ ille quem honorat sit benefactius vel sic honor est signū quo honoras designat q̄ ille que

honorat sit benefactiue opinionis. i. q̄ habeat voluntatem et scientiam bene faciendi. propter quod subdit Aristoteles. q̄ iuste honorant quidē maxime. qui beneficia prestiterunt nō solū. s; honorat etiā qui potest beneficiare. Sed aliquibus videtur q̄ ista nō sint bene dicta qm̄ tyrāni et p̄lati pessimi multa prestant et prestare possunt beneficia. boni autē pauperes nec talia p̄stant nec prestare possunt sicut igitur ea que dicta sunt magis bebēt honorari dicti tyrāni et prelati. q̄ boni pauperes et sancti viri. quod est falsum. quia dicitur quarto huius q̄ sicut veritate; bonus solus est honorandus. Ad hoc etiā dicendum est q̄ beneficium dicitur secundum compositionē ex bene et facio. Differt autē multū bene facere et bonum facere sicut dictū fuit. in 2o. malus enim inq̄tum malus potest bonum facere vt elemosynam dare. licet ex intentione mala. Sed malus inq̄tum malus nō potest bene facere in opere enim est ip̄m esse bonum s; ipsum esse bene operatū est in operante qualiter habere et hoc expressit Seneca primo de beneficiis. dicens. nō potest beneficium manu tangi s; animo geritur multum interest inter materiā beneficii et beneficium. nō enim aurū vel argentum beneficiū est s; ipsa tribuentis voluntas. itaq; non quid detur aut fiat refert sed quia mente. quia beneficium non in eo quod sit aut quod datur consistit. sed in ipso dantis aut facientis animo. et sic patet q̄ beneficium proprie nō potest malus prestare. licet multis possit facere bonum. propter quod signum benefactiue opinionis nihil aliud esse videtur. q̄ signū prudentiē et moralis virtutis et ita descriptio ista buam dat Aristoteles nihil differretur ab illa que cōmuniter solet dari. scilicet q̄ honor est exhibitio reuerētie in testimonium virtutis. Et forte descriptio Aristoteles. est melior. si quis ponere velit differentiam inter honorem et honorationem. ipsa enim exhibitio reuerētie que est operatio quedam actualis dicitur honoratio secundum quam alius honorare dicitur et alius honorari. Sed aliquando ex huiusmodi operatione nihil prouenit actum manens post illius operationis designantiam sicut est salutatio genuum flexio capitis inclinatio et multa talia. Et in his non est aliud realiter q̄ honoratio. aliquando autem post huiusmodi operationem remanet aliqd actū. et in talibus nō solū est honoratio la opatio actualis q̄ honoratio dicitur. s; etiā res

opata manēs est honor ppter qđ dicit Añ. pri  
mo rhetorice qđ ptes honoris sūt antiqua pri  
morditas s3 monumēta imagines. tēpla. 7 hu  
iulmodi alia que cōstructa sūt in memoria ali  
cui. nō enī solū in sua cōstructōe s3 post sēp qđ  
diu durant signa sūt virtutis 7 excellētie eius  
p quo cōstructa fuerunt. patz igit qđ diffinitio  
Añ. est melior. qm̄ cōuenit omi honori. Alia  
autē descriptio magis videt esse honorationis  
ppria descriptio. Nec illud qđ nūc dictū est sc3  
monumēta. imagines. 7 tēpla ptes esse hono  
ris. obstat ei quod in pmo libro fuit dictū: sc3  
qđ honor est in honorante magis qđ in honora  
to. nō enī ibi dicit simpliciter qđ honor semp sit  
in honorante. s3 qđ magis qđ in honorato. quod  
est verū. quia si honoratio est actio ex qua non  
resultat actū exterius. tūc manet in honorate.  
Si autē resultat exterius actum. tunc illud ma  
net extra ipm̄ honoratum vel semper vel i plu  
ribus. vel satis rationabiliter dicamus qđ ho  
nor est in honorante nō in honorato. id est in  
potestate honorantis est honorare vel non ho  
norare. s3 nō est in dominio honorati. honorari  
vel nō honorari. Vterius sciendū est qđ ho  
nor sumitur tripliciter. Vno modo quātū ad  
eius causam precedentem. Secundo quātū ad  
eius substantiam. Tertio quātū ad effectū  
consequētem. Primo modo honor est idem qđ  
res honorabilis pro qua scilicet homo honorari  
debet. Et ille est duplex. quedā enim sunt res  
secundum se ipsas honorabiles. cuiusmodi sūt  
virtutes 7 operavirtutum. Alie sunt honorabi  
les fm̄ attributionem ad ipsas virtutes vel o  
pera virtutum tanqđ organa quibus vti possu  
mus ad exercendum operavirtutū. cuiusmodi  
sunt om̄ia bona humana quibus cōtingit vti  
bene 7 vti male. verbi gratia virtutes corporis  
nobilitas amicorum. diuitie. officiose dignita  
tes. vt papatus. cardinalatus. episcopatus. im  
perium. regnū. ducatus. comitatus. similiter qđ  
tum ad minores esse camerarium pape vel re  
gis. aut cappellanum episcopi. vel ducis: 7 sic  
iterum descendendo. Qđ autē predicta sint di  
cto mō res honorabiles. apparet. quia secundū  
veritatem boni 7 solū boni sunt honorandi vt  
dicitur quarto huius. virtutes autē hoīem bonū  
reddūt. alia autē humana bona nō sine v̄tutib3  
vñ pmo rhetorice dicit qđ oībus humanis bo  
nis cōtingit vti male 7 nocere. exceptis v̄tutib3  
v̄tutes vō fm̄ se ipsas 7 inseparabiliter res sūt ho

norabiles. Alia autē que p̄numerata sūt s̄ h̄a  
bñ dicunt res bone 7 honorabiles. nō simplici  
i. absoluto sermone. s3 qđ plurima ptingit his  
agē bona. que sine his fieri nō pnt. vñ dicit p̄  
mo huius qđ felix indiget his. multa nāqđ opa  
ta sūt p organa p amicos p diuitias 7 ciuilem  
potentiā. quibusdā autē denudati coinquināt be  
atitudinē. Nō enī oīno felix est qđ sp̄e turpissi  
mus vel ignobilis vel solitarius vel sine ple. tā  
tales res nō sunt honorabiles accidētalit 7 infe  
pabiliter qđ prauū nō efficiūt meliorē s3 peio  
rem. 7 ita nec sunt res bone nec honorabiles in  
prauis. s3 vituperabiles 7 male. qđ seuissima  
est iniustitia habēs arma. vt dicit p̄mo politi  
ce. sunt igitur res bone 7 honorabiles secundū  
attributionē ad v̄tutes. scilicet put virtutibus  
annectunt. honor autē sb̄ialiter acceptus est si  
gnū bn̄factiue opinionis. vel exhibitio reuerē  
tie in testimoniū virtutis fm̄ qđ p̄us diffiniēba  
tur. 7 honor sic acceptus videt cōponi ex mate  
riali 7 formali. materiale est ip̄a operatio vel ip̄  
psa res operata vel quodecūqđ quod innatus est  
p modū reuerētie exhiberi aut designare vir  
tutē 7 excellentiā eius cui vel p quo exhibetur  
7 huiusmodi honoris materialiter accepti di  
cit Aristoteles primo rhetorice partes eē sa  
crificia. recordationes in metris templum. p̄  
morditatem sedis. 7 c. formale autem est desi  
gnatio virtutis et excellētie eius cui vel pro qđ  
tale aliquid exhibetur. nam capitis inclinatio  
posset derisorie exhiberi. et non esset tunc ho  
nor sed inhonoratio. sed tunc esset honor si in  
signū virtutis 7 excellentie exhiberent. honor  
autē quātū ad effectū cōsequētē est opinio que  
p huiusmodi reuerētie exhibitionē generatur  
de virtute 7 excellentia illius cui exhibet. 7 il  
la opinio vel fit apud illū met cui honor exhi  
bet. vel apud alios. si apud alios. sic est idēz qđ  
bona fama vel saltem pars vel principium bo  
ne fame. Si vero apud ipsum tunc illa opinio  
causat in ipso mentis exaltationem 7 maximā  
delectationem. delectatio enīz causatur ex ad  
eptione conuenientis apprehēsi sub rōe cōueni  
entis. nihil autē est eque cōueniēs hoī sicut v̄tu  
tes 7 opera virtutū. nec homo bonus melius  
sibi aliquid esse putat. modo constat qđ comp̄  
hensio proprie bonitatis 7 opinio quam homo  
habet de se ipso valde fortificatur 7 renouat  
per testimonium aliorum. 7 deinde delectatio  
multū auget. ppter qđ d̄ p̄ rhetorice. qđ honor

est delectabilissimum propter hoc qđ fantasia  
sit vnicuiqđ qđ sit studiosus. 7 magis tñ insinuāt  
quos putant veraces esse. Aliqñ autē res in mo  
duz honoris exhibite manent post actualē ex  
hibitionē in dominio honorati. sicut dona mi  
litaria 7 officiose dignitates. 7 tunc effectus ho  
noris nō est dicta opinio tm̄. s3 vtilitas taliū  
exhibitorum. Vterius sciendū est qđ ho  
norari 7 honorare ab honore siue ab honorati  
one dicuntur denominatiue. hoc autē actiue h̄  
quidē passiue honorare est honoratio vel ho  
norem facere vel exhibere. honorari autēz est  
honore recipere vel per modū recipiētis se ha  
bere. hoc est esse illum cui vel p quo honor vel  
honoratio exhibetur. talem enim hic voco per  
modū recipientis se habentē. licet aliquādo  
fm̄ rei veritatem nihil recipiat s3 solūz termi  
net honorationis actū fm̄ intentionēz honora  
tis. dico igitur qđ si honor capiatur p re essen  
tialiter honorabili. cuiusmodi sunt virtutes et  
opera virtutum. quod idem est honorans 7 ho  
noratus. qui enim operā virtutis exercet facit  
se bonum. 7 in se ipso generat virtutem. 7 per  
consequēs honorandum inq̄tum ergo facit se  
bonum. honorat se. 7 inquātum bonus efficiē.  
honoratur. Circa hoc igitur esset dubitatio.  
vtrūz 7 quo modo facit se homo bonum. et v̄  
tuosum. an scilicet fm̄ eandem potentiā illaz  
bonitatem qua efficiatur bonus formaliter effi  
ciat 7 recipiat. vel fm̄ aliam efficiat 7 fm̄ aliā  
recipiat. Et posito qđ omnino fm̄ eandem potē  
tiam. dubiūz est quid sit melius vel illaz boni  
tatem siue virtutēz agere siue recipere eaz. de  
quibus nihil plus ad p̄ns dicemus. quia dicta  
fuerunt aliqua de his in tertio libro. 7 quia nō  
dicimus aliquē proprie honorare vel honora  
ri formaliter secundū hunc honorez s3 magis se  
cūduz illuz honorem substantialiter acceptūz  
qui est signū opinionis benefactiue. imo ma  
xime proprie dicuntur secundū ipsaz honora  
tionem que est exhibitio reuerētie in signum  
virtutis aut quecūqđ designatio virtutis alicu  
ius persone. nō enim solūz honorat hominem  
qui coraz eo flectit genu vel inclinat caput. imo  
etiāz Rex vel papa multo magis personas ho  
norant. quas in dignitatibus instituunt. desi  
gnant enīz p hoc ipsorūz virtutē 7 excellentiā  
cum nulli nisi boni debeant in talibus consti  
tui dignitatibus officiosis De huiusmodi igit  
honoribus respondeamus ad questionem pro

positam. 7 dicamus qđ quātūz ad ipsius hono  
rationis actūz honorare est melius honoranti  
qđ honorari honorato. quod probatur p̄mo qđ  
bonū intrinsecū meli⁹ est bono extrinsecō. bona  
enī extrinseca videntur esse minima bonorūz  
vt capitur ex primo huius. s3 honorare est in  
trinsecūz honoranti. 7 hoc poterat Añ. innuere  
in primo huius. cu3 dixit honorez eē bonū su  
p̄ficiētens. quia videt in honoratibus magis  
esse qđ in honorato. Secūdo quia opus virtutis  
melius est ip̄a virtute quia est finis eius vt di  
citur primo huius. propter quod 7 felicitatem  
nō posuit Añ. in virtute s3 in opere virtutis. s3  
virtus est melior honore vt dicitur in eodē p̄  
mo igitur opus virtutis est melius honore. h̄  
est dictū qđ opus virtutis est meli⁹ operanti qđ  
honor ei. cui exhibet. i. qđ honorari ipsi honora  
to. s3 honorare est ipsi honoranti opus virtutis  
scilicet opus iustitie. quia ad medium iustitie  
referuandum oportet referuolari ei qui bene  
egit vt dicitur quinto huius scilicet impenden  
do sibi honorez 7 reuerētiā. vnde etiam in qñ  
to dicitur qđ exercitātibus actum iustitie mer  
ces quedāz est dāda. hec autē est honor 7 glo  
ria. qui igitur bono honorez sibi debitu3 impē  
dit. iuste operatur. Itē honorari potest mor  
tuus sicut viuus per templorūz edificationē p  
monumenti nobilis cōstructionem. per nobili  
um 7 plurium in intumulatione congregatio  
nem. 7 sic de aliis multis modis. honorates au  
tē debitu3 iustitie reddunt. 7 ita virtuose ope  
rātūz 7 est eis magnūz bonūz. mortuis autēz  
quibus honor impenditur non est aliquod tale  
bonūz. nisi fragile quoddāz 7 parūz. sicut di  
citur p̄mo huius. Itē bonūz aliquod est me  
lius ei quē reddit meliorez. qđ ei quē nō reddit  
meliorez. honorare autē reddit honoratē me  
liorez. honorari vō nō reddit honoratū meliorez  
qđ de honoribus deo impēsis p̄. meliores enī  
sumus si deo laudes gloriāz 7 honorez attribui  
mus. s3 deus idē melior nō est. h̄ igit inter ho  
mines accipiat p̄portionabilit qđ etiā p̄. qavi  
rū ipocritā honorabim⁹ tāqđ dignū. nec idē me  
lior sit s3 peior. Itē tripliciter honorare p̄tin  
git sc3 superiore parē. 7 inferiore. Et honorari  
tripliciter sc3 a superiori. pari vel inferiori 7 quo  
libet mō honorare est melius. qm̄ melius ē ius  
te bn̄ agere qđ iuste bn̄ pati. quito huius. Etiāz  
melius amicabiliter bn̄ agere. qđ amicabiliter  
bene pati octauo. 7 nono huius. 7 melius ē gra  
n iiii.

tuite bene facere q̄ gratuite bñ pati quarto huius. s̄z honorare superiorem ē iuste bene agere ⁊ superiorem honorari est iuste bene pati. honorare vero parē est amicabiliter bene facere. et honorari est amicabiliter bene pati. Et iterum honorare inferiorem est tanq̄ gratuite bene facere. inferiorem vero honorari est gratuite bene pati. ideo ⁊c. Etiam sciendum est q̄ hic loquimur de honorare ⁊ honorari secundū q̄ bene sunt scilicet in signum virtutis ⁊ operum bonorum. Si autem quis honoret alterum prave ut fraudulenter vel adlatiue vel alio fine pravo. satis manifestū esset q̄ multo peius eēt honorare q̄ honorari. dicendum tñ esse videtur q̄ honorari forte melius esse pōt honorato. q̄ honorare honoranti. quo ad affectū consequētes multis enim modis potest ei pdesse ut videbitur infra. Ad rationes. Ad primam dicendum est q̄ illud est melius quod intrinsece cōuenit deo ⁊ maioribus fm̄ quod maiores sunt. q̄ q̄b cōuenit minoribus fm̄ q̄ minores. s̄z nō oportet ita esse de his que maioribus ⁊ minoribus cōueniunt extrinseca denominatione. nō enī est melius diligi regi a quodā seruo suo q̄ illi seruo diligi a rege. ergo multo minus oportet si idem bonū cōuenit maiori extrinsece minori intrinsece. q̄ ipm̄ sit melius maiori q̄ minori. sic autē est de honorare ⁊ honorari. sicut dē m̄ fuit. Quādo autē dicit q̄ maximū est quod diis attribuimus. dico q̄ veram est inter ea bona q̄ possimus eis offerre. cuiusmodi sunt. exteriora bona q̄ tñ ista eadem bona q̄ diis ⁊ maioribus sunt exteriora. sint his quibus sunt interiora meliora q̄ diis vel maioribus quibus extrinsece attribuunt. nō oportet cōcedē. Ad aliam dicendum q̄ viri magni nullis indigētes bonis vtilibus. maxime debent inter exteriora bona que ab aliis possunt eis afferri appetere honores. s̄z tñ appetere debēt magis eis bona interiora s̄z virtutes ⁊ opera virtutum. Quā etiā dicit q̄ honor est delectabilissimorū. Dicendum est q̄ hoc est verū inter exteriora bona ⁊ quo ad effectū consequētē sicut dictū fuit. de magnanimo autē magis dices postea. Ad aliam dicendum est q̄ p̄m̄ium essentiale ⁊ p̄ncipale melius est merito. s̄z nō oportet ita esse de premio accidentali ⁊ extrinseco. nō honor non est p̄m̄ium essentiale ⁊ p̄ncipale virtutis. s̄z ip̄a felicitas. ppter quod dicit Añ. virtuti quidē per se nō vtiq̄ fiet dignus honor s̄z tñ virtuosus

ipm̄ gratanter recipiet ab aliis. ⁊ nō habendo ipsos. maiora ipsi tribuere. Ad aliam dicendum. q̄ ratio potest ad oppositū retorqueri. honorare enī liberius est. q̄ honorari potest aliquis inuitus ⁊ ignorans. ⁊ etiā nullā habens arbitrii libertatē. saltem in ista vita sicut mortuus. honorare autē est volentis ⁊ libere eligentis verū est tñ q̄ honor designat in honorato nobiliore statū vel nobiliore conditionem q̄ in honorante. ppter quod est q̄ minor debet honorare maiore. s̄z hic nō cōparamus statum vni ad statum alterius. Ad aliam dicendum est q̄ maior est vera de his que bono ⁊ malo cōueniunt intrinsece. nō de his que eis attribuunt extrinsece. Dicendum etiā q̄ melius est id p̄ quod bonus in bonitate excellit malū vel minus bonū q̄ id in quo sibi conuenit. modo minoratus nō excellit in bonitate honoratē p̄ hoc quod est honorari. s̄z p̄ virtutē ppter quā honor sibi exhibet. Ad vltimam dicendum est q̄ sicut prius dicebatur nos hic loquimur de honorare et honorari fm̄ q̄ bene sunt fm̄ dictamen recte rationis. ⁊ ita concedendum est q̄ melius ē regi honorare vasallum q̄ honorari ab eo. ⁊ illi debet rex magis velle quātū est ex p̄sona sua licet forte nō sit ita quātū est ex re publica. q̄ nō p̄sona regis tñ. s̄z rei publice honor ille exhibetur q̄ regi exhibet nec inde puertit rei publice ordo si rex debite honoret vasallū videlicet sibi dona largiendo. ipm̄ ad suū consiliū vocando. vel ad suā mēsam. aut ip̄z in aliqua officiosa dignitate instituēdo in signū suę p̄bitatis. s̄z nō bene honoraret. si p̄ exhibitionē reuerentie honoret eum. q̄ talis honor nō minoribus debetur. s̄z maioribus aut equalibus. vel quasi. Et sic est finis questionis.

Verū decimo Vtrū scōm magnanimitatē honores sunt magis appetēdi an p̄ temnēdi. siue vtrū magnanimus magis appetat honores q̄ cōtēnat. Arguit p̄mo q̄ magis appetat eos q̄ p̄tēnat. qm̄ ille nō cōtēnit honores s̄z appetit. qui se magis honoribus dignificat. s̄z talis est magnanimus ut dicit Añ. Item honorē diis attribuimus ⁊ honorē maxime desiderāt q̄ in dignitate. honor enī i optimis est premiū est enī p̄m̄iū virtutis. si totum

dicit Añ. tale autē nullus bonus cōtēnere debet s̄z summe appetere extollere. Itē nullus cōtēnit illud in quo delectat. s̄z magnanimus delectat in magnis honoribus. ⁊ studiosus ut dicit Añ. Itē magnanimus vult supexcellē et eē magnus inter magnos. ppter q̄b appetit bñficiare. ⁊ bñficiatus verecūdas. ut dicit Añ. talis autē valde videt honores appetere. Itē fugiens humilitatē appetit honorē. eo q̄ humilitas est cōtēptus honoris. s̄z magnanimus fugit humilitatē. id dicit Añ. q̄ ip̄e nō pōt cū oibus viuere estimans seruales esse blādiores. obsequiosos ⁊ humiles. Itē Añ. dicit q̄ singuli appetūt que fm̄ dignitatē. ⁊ magnanimus est honoribus dignus igitur appetit honores. Itē omnis bonus debet magis appetere q̄ p̄tēnere id quod est eligibile ⁊ ppter seipm̄ ⁊ felicitatis grā. s̄z honor est hmoi ut habetur p̄mo huius. igitur ⁊c. Item omnis virtuosus appetit operari fm̄ virtutem ⁊ opari nō potest sine obiecto circa quod est illa virtus. igitur debet illud obiectū nō cōtēnere s̄z appetere. s̄z magnanimitas est circa honores magnos tanq̄ p̄prium obiectū ut dicit Añ. id ⁊c. Item kaymus excedit in appetendo honores. pusillanimus autē deficit in appetendo eos. s̄z magnanimus est pximior kaymo q̄ pusillanimo. igitur plus ipse appetit honores q̄ deficit ab appetendo. Oppositū arguitur. q̄ dicit Añ. q̄ honor ⁊ alia bona exteriora sunt quid parū ipsi magnanimo. ppter q̄b cōcludit q̄ magnanimi despectores esse videntur. videlicet honoris. ⁊ honorū t̄paliū. Item magnanimus nō curat opinionē. s̄z veritatem. ut dicit Añ. talis autē cōtēnit honores. qm̄ finaliter honor ppter opinionē querit. vñ dī primo huius. amplius autē videtur honorē querē ut credant seiplos bonos esse. ⁊ in p̄mo rhetorice dicitur honor est delectabilissimorū. ppter hoc quod fit fantasia vnicuiq̄ q̄ sit studiosus.

Itē magnanimus nō curat laudes ut dicit Añ. igitur neq̄ honores. qm̄ laus honorem significat specificatum p̄ sermonis exp̄ssionem. Itē Seneca. Tullius. ⁊ alii morales cōter se per predicauerūt contemnēda esse bona exteriora. imo etiam corpus p̄prium. ⁊ vitam. propter hoc quod eorū amor initium est omnium viciorū. vnde Tullius in libro de officiis dicit nemo enī iustus esse potest qui mortē qui dolorem. qui exilium. qui egestatem timet. ⁊ Seneca in epistola cum istis ad lucillum dicit. si

vis honestus fieri. nō honoribus adiciendum est. s̄z cupiditatibus detrahēdum. ⁊ in epistola clarani dicit oīa ista in que dominū casus exercet. serulia sunt pecunia corpus ⁊ honores. imbecilla fluida. mortalia. possessiones incerte. virtuosus autē talia nō appetunt sed cōtēnit Respondēdum est (ut mihi videt) fm̄ distinctionem positam in p̄cedenti questione de honore. Primo enī dicendum est si honor capiatur quātum ad causam ppter quā alicui debetur honor p̄ncipaliter. videlicet provirtutibus aut virtutum opationibus. q̄ magnanimus honorem nō contemnit s̄z appetit. aliter enī ip̄e nō haberet rectum appetitum. Si autē honor capiatur quātum ad causam propter quā alicui debetur honor nō p̄ncipaliter ⁊ p̄ se. s̄z p̄ attributōne ad virtutes ⁊ opera virtutum. cuiusmodi sunt amici. diuitie. dignitates officiose de quibus dicit Añ. q̄ nobiles dignificantur honore ⁊ potentes. seu ditantes. Tunc pro secunda conclusione dicendum est q̄ magnanimus illo casu quo talia nō essent sibi in detrimentū virtutis vel operis virtuosus nō contemneret s̄z appeteret. qm̄ talia simpliciter eligibilia sūt suis oppositis. sicut visus fuit in decima sexta questione p̄mi libri. Sed pro tertia conclusione dicendum est q̄ illo casu quo retentio ⁊ acquisitio talium obstaret operibus virtutum. magnanimus ⁊ vtrū omnis bonus homo contemneret ea oīno. sic enī procedūt oēs rōnes p̄us ad honores cōtēnēdos adducte. sic enim dictū est nono huius studiosus amicorū grā multa agere. ⁊ patrie. ⁊ si oportet mori. proiciet enī pecunias ⁊ honores. totaliter circumpugnabilia bona. procurans sibi ipsi bonū virtutis. sicut dicit Seneca epistola inimitias ad lucillum. vir bonus ab honesto nulla re deterretur ad turpia nulla spe inuitabitur. Si autem honor substantialiter capiatur. tunc questio querebat vtrum magnanimus appetit q̄ alii honorent ipsum. de quo doctor quidam bene dicit q̄ sic. secundum triplicem rationem: magnanimus enī cum sit optimus. ut dicit Añ. est omni honore dignus. ⁊ est iustus q̄ ab aliis honoretur ppter quod magnanimus appetit honorari. p̄rio in quātum hoc est aliis scilicet honoratibus operatio bona ⁊ iusta quos desiderat agere bene Secundo in quātum audientes vel videntes ipsum honorari. propter virtutem. nati sūt p̄ aiari ad virtutē: Tertio in quātū deus i hmoi honore n v.

rationem serui sui honorat et glorificatur. Sed ulterius ipse dicit quod magnanimus potius contemnit quam appetat honorari tamquam bonum sibi. quod etiam puto esse verum si circumscribatur effectus consequens videlicet opinio que per honorem impensum nata est generari. et ipsi qui honoratur. et aliis de bonitate ipsius cui honor impenditur. nam si quis impendit honorem tibi actus ille honorationis statim transit et nihil est hoc effectu consequente circumscripto. et dum talis actus est. ipse non est a te actus. nec ille actus in te transit. propter quod nihil melius in de erit tibi omnino. neque actus neque passus. verum est tamen (sicut mihi videtur) quod si tu honorationem illam percipias. tunc in te per hoc generari poterit opinio vel memoria de tuis virtutibus et operibus virtuosis et per consequens delectatio multa et amor illius. qui tibi debitum honorem impendit et voluntas ad iterum et bene et melius operandum. hec autem ipsi magnanimi et omni homini virtuoso bona sunt et multum appetibilia. quia sunt anime perfectiones et decoramenta et excitationes ad bonas operationes. sed hec omnia sunt effectus consequentes honorem substantialiter acceptum. Similiter etiam si alii percipiant talem honorem impensum tibi. generabitur in eis opinio de tua bonitate. que non aliud erit quam bona fama. vel pars vel principium bone fame. sicut dicebatur in alia conclusione. constat autem quod magnanimus multum debet appetere bonam famam. non enim est dubium quin Regem vel Imperatorem deceat esse magnanimum et tamen Aristoteles in libro suo de secretis secretorum valde regem Alexandrum incitat ad appetitum bone fame. propter quod apparet satis quod magnanimus non contemnit sed appetit honores valde. non propter se sed propter effectus consequentes. et propter alia prius dicta. Sed aliqui dubitant utrum magnanimus vel vniuersaliter homo virtuosus debeat appetere bonam famam tanquam bonum sibi: dico quod videtur mihi esse dicendum quod sic. quoniam si fama bona non fit sibi bonum intrinsecum. ipsa tamen est sue bonitatis interioris extrinsecum decoramentum. Et item sicut multa per amicos per diuitias. per civilem potentiam. operata sunt ut dicitur primo huius. ita bona fama valde prodest ad agenda plurima magna bona. nam si boni famatus vult docere vult predicare. videbimus omnes ad eius doctrinam confluere. et eam in animo

delectabiliter recipere et firmare. et propter bonam famam regis subditi perfecte sibi obediunt. et inde regis actiones in populum meliores et excellentiores habere possunt effectus. Aliqui tamen magni doctores hoc non concedunt. sed dicunt honores magis esse contemnendos quam appetendos quo ad opinionem quam de bonitate et excellentia honorati generant tam in ipso quam in aliis cuius rationes ipsi tales apponunt. Primo quoniam honor et si est virtutis signum. tamen est signum fallax ille enim honor qui debet impendi bono viro potest impendi et impeditur sepe prauo propter quod opinio per tale signum generata erit praua. signum autem fallax cum opinione per ipsum generata. magis contemnendum est. quam appetendum. Item ille pluspari impendit et contemnit honorem. quam appetat cui honor paruum quid est. et cui non fiet dignus honor. talis autem est magnanimus ut dicit Aristoteles. Etiam dicit Aristoteles. magnanimum non esse dignum honoribus paruis. honores autem accepti pro illis fallacibus signis et opinione ex eis generata sunt prauis maxime ipsi magnanimo propter quod ipse se non dignificat talibus honoribus. nec appetit eos. Item vere humilis magis contemnit honores quam appetit. cum humilitas consistit in contemptu honoris sed magnanimus est vere humilis. aliter ipse non esset bonus homo. ergo etc. Item ille plus contemnit honores quam appetat: qui nunquam iudicabit sibi contumeliam fieri. quoniam appetitus honoris et glorie facit sentire contumeliam contemptus autem facit non sentire. Sed Seneca dicit in libro suo de quattuor virtutibus. si magnanimus fueris nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. Item etiam Seneca per totum librum suum ad serenum nititur ostendere quod sapiens cuiusmodi est magnanimus non potest cadere iniuria. et quod sapiens ledi non possit. propter hoc quod nihil reputat omnia bona fortune. que sola ab eo eripi possunt vide si vis totum librum Sed mihi videtur quod ille rationes et confirmules ad hoc solum concludunt quod magnanimus vniuersaliter omnibus bonis in ordine ad virtutes et opera virtutum. contemnit honores omnino. imo et diuitias et amicos et proprium corpus. vbi scilicet predictorum acceptatio vel retentio seu quecumque procuratio oppugnaret virtutibus seu virtutum operationibus. sed si non. sicut in tertia et secunda conclusione dictum fuit. vnde videtur mihi quod omnes rationes nunc adducte

precedunt secundum exigentiam illarum duarum conclusionum vis suis. Et sic est finis questionis.

Verum undecimo. utrum magnanimitas sit virtus moralis. Arguitur quod non: quia magnanimus magnitudine quidem est extremus. ut dicit Aristoteles. virtus autem in medio consistit. 2º huius. Item vel esset virtus generalis vel specialis. non generalis. quia illa est legalis iustitia ut apparet ex quinto huius. nec specialis. quia dicit Aristoteles. quod magnanimi videbitur esse quod in vnaquaque virtute magnus. Item virtus moralis saltem principalis in homine. non est virtus vel dispositio corporalis. sed magnanimitas videtur esse dispositio corporalis. quoniam (sicut dicit Aristoteles) eius proprietates sunt motus leuis. vox grauis. locutio stabilis. que sunt proprietates corporales. Item nullus virtuosus debet habere conditiones oppositas ipsi felici. sed magnanimus habet ei conditiones oppositas. probatur. quia (dicit Aristoteles) quod neque bene fortunatus gaudiosus erit. neque infortunatus tristis. sed in primo libro dicitur quod magna infortuna turbant et contribulant beatum. tristitias enim inferunt. etc. Item nulla virtus habet per se conditiones et alii virtutibus oppositas. sed magnanimitas habet. quod declarat auctoritate Aristoteles. Primo quia magnanimi despectores sunt et contemniunt. et ita videntur esse superbi. et volunt superexcellere quod est contra humilitatem. Secundo quia magnanimus beneficiatus verecundus et verecundia non est viri virtuosus ut dicitur in fine quarti huius. Tertio quia non habet in memoria eos a quibus bene passus est. et ita videtur ingratus esse. Quarto quia est otiosus et tardus et piger. Quinto quia non potest ad alium viuere. quod est contra politicam coactionem. Sexto quia non est memor mali quod est contra prudentiam dicitur Seneca in libro de quattuor virtutibus. Si prudens fueris preterita recordare. Septimo. quia magis est possidens infructuosa fructuosis. quod iterum est contra prudentiam. Octavo quia non est humaniloquus quod est contra eutropiam. Nono quia neque est laudatiuus neque curat quod laudet quod est contra rheticam que est pars politice virtutis.

Decimo quia manifestus oditor. quod est contra amicitiam. Vltimo quia vitiosus ironia ad multos. quod est contra veritatem. Oppositum dicitur omnes morales. Sciendum est quod Seneca (ut apparet in libro suo de quattuor virtutibus cardinalibus) non ponit magnanimitatem aliam esse virtutem a fortitudine. propter hoc quod ipse non distinguit virtutes morales specificiter per distinctiones obiectorum sed per diuersas proprietates quas omnis virtus circa proprium obiectum seruat sicut dictum fuit in vice prima tertia questione tertii libri. vnde Seneca omnem virtutem firmam quod firmat animum in opere bono circa difficultates vocat magnanimitatem siue fortitudinem. propter quod magnanimitas sic accepta non est virtus aliqua specialis. Vnde de ea sic accepta nihil ad presens intendimus. Aristoteles autem magnanimitatem distinguit specificiter contra fortitudinem et alias virtutes speciales. quia sicut per fortitudinem intelligit habitum moderantem passiones appetitus circa terribilia. et per patientiam habitum moderantem passiones appetitus circa delectabilia tactus. et per liberalitatem habitum moderantem passiones circa pecunias. ita etiam per magnanimitatem intellexit habitum specialem moderantem passiones appetitus circa honores et inhonorationes. de qua magnanimitate nunc intendimus dicamus ergo quod magnanimitas est virtus moralis. quod sic probatur circa quecumque bona vel mala humana circa que contingit se habere male secundum excessum. et male secundum defectum. et bene secundum medium. nos indigemus virtute inclinante nos et determinante ad medium. sed circa honores et inhonorationes contingit et excedere prauum et deficere prauum. et secundum medium bene se habere. ergo circa hoc indigemus virtute inclinante ad medium eligendum et tenendum. tale autem virtutem vocamus magnanimitatem quod probare non oportet. quia quod nominis oportet supponere. minor dicte rationis declaratur. Primo quia ex precedenti questione manifestum est quod honores sunt appetendi secundum rectam rationem. quod docetur non obfunt. sed sunt virtuosus operationibus imo magis appetendi sunt quam pecunie si vnum est (quod dicit Aristoteles) honorem esse maximum bonorum exteriorum quanto namque aliquid est magis bonum. tanto magis est appetendum propter quod apparet quod defectus vituperabilis esse potest in appetitu bonorum et specialiter multum inconueniens esse videtur si quis habens sufficientem scientiam sufficientes diuitias. et amicos ad officium honorabi-

le occupandum in quo possit multas exercere virtuosas operationes: multum potest esse pro se. sic se reputet indignum ut se prius honore tibi. puet etiam se multis bonis operationibus. Quod etiam excedere contingit vituperabiliter apparet. si quis plus appetat honores quam virtutes. peccat pervertens ordinem. cum non sint appetendi honores nisi propter virtutes et opera earum. tales enim sepe fiunt hypocrite. nam ad nihil boni intendentes fingunt se bene agere ut horum volentes magis videri boni quam esse: non videri tales etiam querunt adulatorum et diligunt. a quibus (cum a bonis non possint) cupiunt sibi signa reuerentiae exhiberi tales sunt invidi. volentes enim superexcellere. cum propter demerita non possint tristantur de excellentiis aliorum. fiunt etiam superbi et valde mali. cum se dignificent honoribus indigni existentes. sic enim credunt se valere totum mundum vel propter diuitias. vel propter amicos. aut aliquid huiusmodi. et ita deum neque reuenter neque superiores honorant. sed mediocres prestant quantum possunt. et inferiores omnino despiciunt et contemunt. Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam soluit Aristoteles. dicens. magnanimus magnitudine quidem extremus. in eo quidem quod ut oportet medius id est medium ad nos seu medium rationis tenet. licet ad extremum rei intendat. si se dignificet maximis honoribus hoc est quia est eis dignus et appetit eos: et prosequitur eos quando ubi et quomodo oportet etc. Virtus autem non in medio rei consistit. sed in medio rationis.

Ad aliam dicendum quod ipsa magnanimitas est virtus specialis specificiter formaliter distincta contra alias virtutes. quia est circa obiectum speciale et distinctum ab omnibus aliarum virtutum obiectis sicut dictum fuit. sed ipsa potest dici virtus communis presuppositiue. siue materialiter. pro tanto quia ipsa presupponit omnem aliam virtutem. magnanimi enim est se dignificare magnis honoribus dignum existens eis. quibus nullus dignus est secundum Aristoteles: nisi vere bonus scilicet simpliciter virtutibus insignitus. Est igitur magnanimi presuppositiue magnum esse secundum omnem virtutem magnanimus autem non appetit maximos honores principaliter. sed maximis honoribus esse dignus. quod fit per in vnaquaque virtute magnum esse. neque magnanimus appetit honores propter se. sed virtutum gratia videlicet ut honoratus pos-

sit in excellentiores operationes virtutum. ideo magis appetit virtutes. propter quod iterum ipsius est intentione primaria magnum esse in vnaquaque virtute: Ad aliam dicendum quod potentie superiores anime cum fuerint perfecte per virtutes sibi debitas. habent regulare potentias inferiores. propter quod non est inconueniens attribuere virtuti proprietates seu operationes aliquas corporales. non tamen sicut elicatas. sed sicut regulatas et imparatas ab illa virtute seu a potentia in qua illa virtus existit. Ad aliam dicendum quod magnanimus et de bonis fortitudinis gaudet: et de malis tristatur. non tamen intense. sed remisse quia sua reputat omnia bona extrinseca in comparatione ad virtutes. que semper manent sibi salue. et hoc etiam modo Felix et gaudet et tristatur. ideo bene dicit Aristoteles. neque bene fortunatus gaudiosus erit et non dicit gaudens gaudiosus enim plenitudinem notat et excessum. Ad aliam dicendum quod magnanimi sunt despectores bonorum extrinsecorum. non tamen simpliciter. sed ubi eorum retentio vel acquisitio vel affectus oppugnaret operibus virtutum. sunt etiam contemptiui adulationum et timorum. et vniuersaliter omnium que possent a veritate seducere. quia magis volunt esse boni quam videri. et honoribus esse digni quam honorari sed non sunt contemptiui dei neque hominum nisi malorum. et ratione suarum malitiarum. superbi autem econtra propter adipiscendos honores fictitios contemunt virtutes et deum et homines. specialiter bonos viros. et amplexantur adultores. quia magis volunt videri esse magni et honorari quam esse vere magni et honore digni. magnanimi etiam volunt superexcellere in virtuosis operationibus. superbi autem in honoribus. Item magnanimi volunt excellere ex meritis suis: secundum dignitatem et aliis bene faciendo. Superbi autem sine meritis et propter dignitatem. et alias deprimendo. Ad aliam dicendum quod magnanimus non verecundatur proprie. sed verecundari dicitur eo solo quod habet similem quendam modum verecundie scilicet quod sicut iuuenis se retrahit a turpitudine propter verecundiam. ita magnanimus pro magna nimitate reddit se tardum ad operationes minoris honestatis ut operetur excellentiores. id est cum beneficiis are sit melius et virtuosius quam beneficiari. magnanimus beneficiatus quasi indevecundaretur quod in ope excederet ab altero. statim retribuit et rebeneficiat. quod licet autem verecundia conuenit bonis viris. dicitur

post. Ad aliam dicendum quod Aristoteles non dicit quod magnanimus non habeat in memoria semper eos a quibus bene passus est sed loquitur in futuro habet ei in memoria semper eos quibus bene faciet et non eos a quibus bene patitur. sed in memoria habet eos ut retribuatur. Ad aliam dicendum quod magnanimus non est piger nec ociosus proprie. sed secundum similitudinem quadam. nam ad maiores operationes intentus quasi videtur obliuisci minores. que sepius occurrunt id videtur ociosus. Item cum deceat operari magna ex impetu vni nihil operari videtur nisi mature et cum deliberatione. propter quod videtur esse tardus et piger et maturus. Ad aliam dicendum quod in rei veritate magnanimus optime viuit ad seipsum et ad alium. sed videtur adulatoribus multis iocos et solatia sensualia solum affectantibus quod ipse non possit viuere ad alium. propter hoc quod ipse est tardus in verbis et iocis ociosis et maturus in seriis. vel dicat quod ipse non potest ad alium quecumque viuere indifferenter. quia ipse odit adultores et contemnit viciosos sed ad amicos et viros bonos ipse bene viuunt. Ad aliam dicendum quod magnanimus non est memor malorum seu iniuriarum sibi illatarum. quo ad vindictam capiendam. quia scit se per tamen nihil ledi posse nec minorari quo ad bonum virtutis. quod solum reputat vere bonum. sicut Seneca bene declarat in libro suo ad serenum. ipse tamen est memor et bonorum et malorum preteritorum pro quanta memoria ipsorum valet ad melius operandum. Ad aliam dicendum quod vulgari more Aristoteles vocat possessiones fructuosas que ab se multo labore multam afferunt pecuniam infructuosas autem vocat ubi paucioribus pecuniis existantibus. oportet magis laborare. sic et dicitur beneficium ecclesiasticum fructuosum et liberum ubi multa pecunia colligitur et non oportet deo seruire et ubi oportet sepe dinis officiis intendere vel rei publice laborare. beneficium diceretur infructuosum et seruum. hoc autem ita dicitur quia vulgus plus reputat pecuniam quam virtutes per quas tamen solus acquiritur fructus verus humanus. conceditur ergo quod magnanimus magis vult possidere infructuosa bona quam fructuosa. vulgariter loquendo. eo quod illa sunt vere et simpliciter fructuosa. Ad aliam conceditur quod ipse non est humaniloquus in superabundantia. sed secundum quod oportet. et secundum quod decet statum suum. talem autem vulgus reputat non humaniloquum. sed

tanquam brutalem hominem. propter hoc quod multi delectantur in excessiua loquacitate in qua tamen non deest peccatum. Ad aliam dicendum quod ipse non est laudatius adulatorie neque excessiue neque quorundam contingenter sicut dicit Aristoteles sed moderate laudat solum vere bonos. tenens documentum Senecae dicentis. Parce laudato unde dicit Aristoteles. magnanimus autem iuste contemnit et glorificat vere. multi autem contingenter. Concedendum etiam quod ipse non curat principaliter quod laudetur. sed quod sit laude dignus. Ad aliam dicendum quod ipse est manifestus oditor reproborum. ad quos vera amicitia esse non potest. sicut videbitur infra. Ad vltimam dici potest quod ironia non opponitur veritati. sed sicut dicitur infra. ironia namque qua magnanimus vitur. est (ut aliqui dicunt) veritatis occultatio vel dissimulatio. qua magnanimi vitur ad multos scilicet ad miseros et seruales. ad quos non est dignum suam manifestare magnitudinem. vel (sicut aliqui dicunt) ironia est reprehensio malorum sub verbis contrarium significationibus per modum indignationis habite de malitia ipsorum. unde si quis male operatur. dicimus tunc esse valde malus. qua ironia magnanimus vitur ad multos. quia sunt mali. etc.

Veritur duodecimo virtus pusillanimitas sit vicium peius quam kaymotes. Arguitur primo quod non sit vicium quoniam omnes vicio si videntur esse mali de se. sed de pusillanimitate kaymo dicit Aristoteles. quod non videntur esse mali.

Item soli virtuosus sunt honoribus digni et non vicio si ut vult Aristoteles. sed pusillanimitas est dignus honoribus ut apparet per eius descriptionem est enim pusillanimitas qui quibus est dignus non se dignificat ut dicit Aristoteles. qui siue magnis siue paruis siue moderatis dignus existens adhuc minoribus seipsum dignificat. Arguitur etiam quod kaymotes non sit vicium quia kaymotes videtur consistere in excessiuo appetitu honorum sed summe appetere honores non est vicius probatur quia talis appetitus incitat nos ad opera virtutum. cum non nisi propter virtutes et opera virtutum homo debeat honorari. appetitus autem fortis alicuius rei incitat ad operationes per quas illa res innata est attingi modo

ille appetitus nō est malus qui nos incitat ad virtutes ideo rē. Item kaymus videtur esse qui appetit honores quibus ipse nō est dignus s; hoc nō videtur esse contra rectam rōem. q̄a viciōsus nō est dignus honorib⁹. r̄ tñ recta ratio videtur dictare q̄ ipse appetat honores. p̄bo quia ipse debet appetere virtutes ad quas ex debito consequuntur honores. s; si recta ratio iubet appetere añs. nō videtur esse contra rōem appetere p̄ns. iō rē. Item quod sit ex ignorantia. nō sit ex vicio. aliter pueri essent viciōsi. etiam dictūz fuit in tertio q̄ talia sc; que ex ignorantia fiunt sunt iuoluntaria r̄ p̄ p̄ns neq; viciōsa neq; virtuosa. s; kaymus r̄ pusillanimus ex ignorantia operantur. nā de kaymo qui qbus nō est dignus se dignificat dicit Añ. q̄ ipse est insipiens. de pusillanimo autem dicit q̄ videtur ignorare se ipsum. deinde arguitur q̄ kaymotes sit peius viciū q̄ pusillanimitas. quia kaymus declinat ad superbiam. pusillanimitas autem ad humilitatem. r̄ superbia est valde mala. r̄ humilitas bona. etiaz kaymotes declinat ad iniustitiam quia nititur alios dep̄mere vt superexcellat in honorib⁹ nec vult honorare maiores r̄ bonos viros. s; potius inuidet eis que iniustitia est valde mala r̄ similiter inuidia. Item kaymus est indignus. pusillanimus est dignus. vt patet per descriptiones ipsorum. indignus autem est digno deterior. igitur rē. Oppositum arguitur per Añ dicentem oppouitur aut magnanimitati pusillanimitas magis q̄ kaymotes. r̄ sic magis r̄ deterius est. dicendum est q̄ kaymotes r̄ pusillanimitas prout de his loquitur Añ. sunt vicia magnanimitati opposita. Secundo videbitur qualiter pusillanimitas sit peius viciū kaymote. Prima conclusio satis patet ex questione precedente. si supposuerimus noiū significationes visum enim fuit q̄ in appetendo honores r̄ in dignificando se honorib⁹ contingit r̄ excedere prauē r̄ deficere prauē r̄ medio modo se habere bene. Magnanimitas autē est habitus inclinans ad medium propter quod dictum fuit ipsam esse virtutem. habitus igitur inclinātes ad excessum r̄ defectum erunt vicia magnanimitati opposita s; per kaymotem intelligimus habitum inclinātem ad excessum. r̄ per pusillanimitatem habitum inclinātem ad defectū igitur rē. Sed q̄tū ad scōm sciendum q̄ sub kaymote continentur ambitio r̄ presumptio. nam


magnanimus primo quidem honores cupit substantialiter acceptos sicut oportet sc; nō p̄pter se sed reducendo eos in opera virtutum. Secundo dignificat se officiis honorabilibus q̄ bus ipse est dignus nō quidē propt̄ excellentiores honores. s; vt in his officiis excellentes exerceat operationes virtutum. Et secundūz ista duo contingit errare dupliciter secundum excessum. Primo quidem in appetendo honores substantialiter acceptos plusq̄ oportet vt aliter q̄ oportet. scilicet si magis appetamus honores q̄ opera virtutum. ad quod statim consequit̄ se preter dignitatem officiis honorabilibus dignificare. Nō ad operandum secundum virtutes s; ad exteriores adipiscendos honores. r̄ hec ē ambitio. Secundo erratur secundum excessum dignificando se dignitatibus r̄ officiis honorabilibus preter dignitatem nō tamen propt̄ honores exteriores adipiscendos principaliter. s; magis propter operationes excellentiores i hu iusmodi officiis exercere r̄ hec est presumptio. Quod autem hoc sepe contingat. apparet inductiue. verbi gratia si medicus nundum sufficienter expertus medicinam regi sine aliorū magno consilio ministrare presumat. aut si qs in theologia nundum profundatus nitatur in predicationibus obscurissima declarare. vel si miles iuuenis r̄ inexercitatus assumat sibi officium ordinandi regis exercitum. aut omnino si quis officium assumit quod exercere nō potest honorifice vel propter inexperientiam vt p̄pter artis aut diuiciarum aut amicorū aut aliquid huiusmodi defectum. huic autez duplici vicio secundum excessum. correspondet duplex viciū secundum defectum. quorum vtrūq̄ sub pusillanimitate continetur. Primum est quod ambitioni opponitur. si quis minus q̄ oportet appetat vel acceptet honores substantialiter acceptos. Secundum est quod presumptioni opponitur si quis ad officium aliquod honorabile exercendum vbi posset excellentes vtutum operationes exercere. habeat sufficientiam in scientia in amicis in diuitiis r̄ aliis ad hoc requisitis. r̄ non se dignificet illo officio s; q̄ quasi habens animum pigrum reputans se ad officii onera sustinenda non sufficere refur tet officium. videtur ergo mihi q̄ kaymus talis ambitiosus sit multo deterior pusillanimo sibi opposito. quoniam sicut arguebatur. talis kaymus declinat ad superbiam. declinat ad in

uidiam. diligit adultores sit iniustus peruertit ordinem morum r̄ nature. preferens virtutibus honores. cu; tñ non nisi propter virtutes querendi sint honores. nec aliquid boni s; potius mali participant. nisi ordinētur ad virtutes. Sed videtur q̄ kaymus qui est presumptuosus simplex qui scilicet ambitione caruerit minoris sit viciū q̄ pusillanimitas sibi oppositus. quia talis pusillanimitas non solum priuat se honoribus exterioribus. s; r̄ operibus virtutis q̄ posset r̄ tenetur exercere. quod est satis malum. presumptuosus autem sibi oppositus peccat et nititur ad ea que suam facultatem excedunt. Nam peius est a bono desistere. q̄ ad bonū tēdere quīs immoderate. Item ambe conclusiones simul probari possunt. quoniam viciū videtur esse peius ad quod magis inclinamur vt apparet in secundo huius. s; ad ambitionē magis inclinamur q̄ ad pusillanimitatem sibi oppositam. propter hoc q̄ honor est delectabilissimorum sicut dicitur primo r̄ hethorice. ad pusillanimitatem autē presumptioni simplici oppositam magis inclinamur q̄ ad presumptionem. propter hoc q̄ sicut dicitur primo r̄ hethorice desidia oia etiā negligētie. ludi reges r̄ sōnus delectabiles sunt. sollicitudines autem et studia r̄ conatus tristes. Ad rationes dicendum est. Ad primā q̄ vulgus illos solos solet vocare malos qui sunt alius iniuriosi. kaymus autem presumptuosus simpliciter r̄ pusillanimitas non sunt alius iniuriosi nisi viciū aliud q̄ magnanimitati oppositum subnitat. r̄ ita intellexit Aristoteles q̄ non sint mali. quod apparet per causam quam assignat dicens. nō enim malefactores sunt ipsi tñ possunt dici mali loquendo largius. quia circa honores habent inordinatum appetitum. Ad aliam dicendum q̄ pusillanimitas secundum rei veritatem non est honore dignus voluntate sua sic inordinata manente. s; potius vituperandus. s; sic hypothetice debet intelligi q̄ sit honore dignus q̄ ipse sufficientiam habeat in scientia in corporali potentia. in diuitiis. in amicis. ad officium aliquod honorabile obtinendum r̄ exercendum si vellet s; illo se non dignificat. iob voluntatis defectum ideo viciōsus. Ad aliam concedendum q̄ appetitus honoris ordinatus incitare potest nos ad virtutes. s; inordinatus appetitus quo scilicet honores substantialiter acceptos p̄ferimus virtutibus. nō incitat nos ad virtutes s; ad supbiā. ad inuidiā ad iniustitiā r̄ sicut dcm

fuit. vnde licet honores solum debeant impendi bonis. tñ sepe impēduntur malis vel per adultores. r̄ lucrum fraudulentum intendentes vel etiam aliquando per bonos viros propter timorem crudelitatis illorum malorum. r̄ potentie ipsorum in diuitiis. aut amicis. sic ergo tales ambitiosi non per virtutes querunt honores. s; per opera valde mala. Ad aliam concedendum est non esse malum q̄ quis etiam ante generationem virtutis appetat virtutes. r̄ mediantibus virtutibus honores. s; si aliter appetat q̄ mediantibus virtutibus r̄ propter virtutes. hoc erit preter rationem. si etiaz se dignificet honoribus ante q̄ sit eis dignus. ipse peccat. Ad aliam dicendum est q̄ ignorantia inuincibilis excusat a peccato. s; non illa que prouenit ex inordinatione appetitus. imo sic ignorat omnis malus vt dicitur in tertio. Ad aliam dicendum q̄ kaymus ambitiosus est deterior pusillanimo s; non ille qui sine ambitione esset presumptuosus solum. Ad aliam dictum fuit q̄ pusillanimitas nō est vere dignus. s; esset si vellet. vnde concedendum q̄ aliquando pusillanimitas est sufficientior m̄to in scientia. in potentia. in diuitiis. in amicis ad operationes excellentes virtutum exercendas. q̄ kaymus. s; ipse magis deficit in interiori affectu. ideo deterior. Et sic est finis questionis.

Venit tertio decimo Vtrum phylotimia sit virtus distincta a magnanimitate. de quo videtur procedendum esse sicut processus fuit de liberalitate r̄ magnificentia in septima questione huius quarti. quod notat Añ. expresse in secundo h⁹ dicens. Sic autē dicimus habere ad magnificentiam liberalitatem circa parua differentē. ita habet quedā sc; phylotimia ad magnanimitatem circa honores extēntē magnā. idē etiam dicitur quarto huius.

Sciendum est tñ sicut dicit Añ. q̄ illa virtus q̄ sc; mediat circa puos r̄ mediocres honores nō habet nomē p̄priū sibi impositū. s; aliquā vocamus eam phylotimiam. i. amatiuam honoris r̄ aliquando vocamus eam aphylostimiam ab a qd est sine quasi non amatiuam honoris. r̄ hoc est quia medium comparatum vni extremi videtur participare alterius extremi naturam vocamus ergo phylotimiam p̄prie illā q̄ regulaz





ronis nō excedit in appetitu honoris. cui nos opposcentes ipm viciolum/vocamus ipm aphilotimū Aphilotimus autē pprie vocat qui preter rōem deficit ab appetitu honoris cui opponentes ipm virtuosū. vocamus eū philotimū Quoniā igit cōtingit in honorū appetitu superabundantia defectus et medium. manifestum est q̄ philotimia proprie accepta et etiam aphilotomia sunt habitus viciosi. Philotimum autē sicut dicit Añ. vitupamus. vt magis quā oportet et vñ nō oportet. Similiter etiā nō amatōre honoris. hoc est aphilotimū vitupamus vt neq̄ in bonis eligentē honestari. manifestū est etiā si philotimia et aphilotimia capiā min⁹ pprie p̄ hitu illo q̄ honores appetimus qm̄ o3 et quos oportet et a quibus oportet sic de aliis circūstantiis et quo etiam honores nō appetimus qm̄ nō oportet et vbi et quomodo etc. q̄ philotimia et aphilotimia vel quocunq̄ noie nōietur/erit virtus moralis. sic enī dicit Añ. Est autē qm̄ amatōre honoris laudamus vt virilē. et amatōre boni. et nō amatōre honoris vt moderatū et tpatum. s3 sicut de liberalitate et magnificētia dictū fuit q̄ nō sunt diuerse virtutes. ita dicendum est q̄ philotimia et magnanimitas nō sunt diuerse virtutes. imo si p̄ philotimiā inteligeremus habitum inclinantē ad mediū rōis in honorib⁹ vñ sicut liberalitas inclinat ad mediū tenendū in diuitiis. tūc magnanimitas erit mod⁹ qdē philotimie sicut dictū fuit. q̄ magnificētia esset quidē modus liberalitatis. Si vero dicat q̄ philotimia sic appropate respiciat honores puos. sicut magnanimitas honores magnos. tūc erit dicendū q̄ ipse sunt nō diuerse virtutes s3 diuersi modi eiusdē virtutis. per quā enī virtutem homo parui status oparetur circa minores honores sicut oportet. p̄ eandem virtutē ipse cōstitutus suis meritis exigētibus in maioribus dignitatibus. oparetur circa maiores honores sicut oportet. Et hec de questione.

Veritur decimo quarto vtrū māfuetudo sit virtus moralis. Arguit q̄ nō q̄ vel esset virtus specialis vel generalis. nō generalis q̄ ille est iustitia legalis. nec specialis q̄ virtus specialis est circa passiones speciales. modo ira circa quā est māfuetudo nō videtur esse specialis sed generalis. primo quia concupiscentia denotat generaliter totū appetitum sensituum omnis enim appetitus dicitur concupisibilis vel irascibilis. Secundo

q̄ ipsa s3 ira claudit in se delectationem tristitiam vt apparet 2<sup>o</sup> rhetorice que quidē delectatio et tristitia sunt maxime passiones generales vt apparet 2<sup>o</sup> huius. Tertio quia omnis passio spēalis habet aliā passionē sibi contrariā. sicut amor odiū. delectatio tristitiā et sic de aliis. ira autē nullā videtur habere passionē sibi cōtrariā. ideo etc. Item si mansuetudo esset virtus vel ipsa esset eadem cū clemētia vel alia. s3 nō alia. quoniā virtutes eedem sunt quibus viciū idem opponit sed mansuetudini et clemētie idem viciū opponitur. s3 crudelitas. etiam quia ambe circa idem obiectū sunt ambe enī sunt circa iras circa punitiones et vindictas. Nec potest dici q̄ sit eadem virtus cū clemētia. quia mansuetudo spectat ad oēs q̄s irasci cōtingit. clemētia autē vt Seneca dicit ad neronē nō est nisi superioris ad inferiorē ideo etc. Item si mansuetudo esset virtus. ipsa esset circa iras vt vult Añ. sed circa iras nullavides esse moralis virtus. p̄ qm̄ circa illā passionem nō est virtus. que secundū se totam est p̄ua et penitus abiicienda. cū circa eam nullū sit mediū laudabile et virtus omnis est mediū cōiectrix et electrix vt dicit 2<sup>o</sup> huius. s3 ira ē s3 se mala et totaliter abiicienda: q̄ p̄bat multipliciter. Primo q̄ ipsa vñ est in pte irōabili que innata est aduersari et obuiari rōi p̄mo huius. Secūdo q̄ irati minus p̄vident p̄mo elenchorum. Tertio q̄ impedit ira animum ne possit cernere verum et in septimo huius dicit Añ q̄ ira et alie passiones irōabiles ligāt mētē vt nō possit ī actū rōis. vñ virtū passionatū assimilat dormienti vel infāntiam patienti vel vinolento. Quarto q̄ ira igetat aīam. que tñ nō fit sapiens et prudens nisi quiescēdo septio phycorū. Quinto q̄ ira mouet ad vindictā q̄ est cōtra cōicatonē politicā et cōtra ius diuinū. q̄ dicit vt hoc aliis faciamus q̄ nobis fieri vellemus. nullā autē vellemus de nobis vindictā accipere. s3 ueniā tribuere. Sexto q̄ vindicta oīs est mala. si nō sit iusta. iō motus oīs ad vindictā est mal⁹ si nō sit ex zelo iusticie ira at̄ mouet ad vindictā. et nō ex zelo iusticie. cū ipsa sit in appetitu sensituo q̄ nō habet iustitiā p̄ obiecto. Item ad principale arguit. q̄ passio nō est contraria virtuti s3 passioni. ira autē que est passio est cōtraria mansuetudini vt dicit Añ. 2<sup>o</sup> rhetorice. s3 mansuetudo est passio et nō virtus. Item omnis virtus in medio cōsistit neq̄ ad excessum declinans neq̄ ad defectū sed

māfuetudinē sicut dicit Añ. ad mediū ferimus ad defectū declinantes. vnde postea subdit peccare autem magis videtur ad defectū. Oppositum arguit auctoritate Añ. et aliorū philosophorum moralium. Primovidendū est quomō ira est passio quedā specialis. Et sc̄o ostendit q̄ aliquid sit bonū irasci. Tertio concludit q̄ māfuetudo sit virtus moralis. Quarto videbitur quō se habeat ad clemētiā. Quantum ad p̄mū sciendū est q̄ ira ab Añ. sc̄o rhetorice sic describitur. Ira est appetitus cū tristitia punitionis apparentis propter apparentem paruipensionē eorū que in ipm aut in ipsius aliqua non conuenient. Ex qua descriptione statim manifestū est q̄ iram concomitat tristitia et delectatio qdā. nam paruipensio speciem mali habet. ideo tristitia factiua est. vindicare autē siue punire delectabile est sicut dicit primo rhetorice/ quod ibidem p̄bat Añ. tali medio. cuius enim non ademptio tristabile: illud adipisci delectabile. Irati autem tristantur vehementer non punientes igit punire est delectabile. Ex quo itē consequit vt spes vindicte seu punitionis sit delectabilis quia quecunq̄ presentia letificant et sperantes. et meorantes sicut dicit p̄mo rhetorice. Ira autem sine spe vindicte non est propter hoc autem dicit in descriptione ire q̄ ipsa est appetitus punitionis apparentis. vnde dicit primo rhetorice q̄ null⁹ irascitur his que multū super se posita sūt. verbi gratia si rex fore faceris paup̄ viro/ vir ille bene tristat et odit regem. sed non irascitur ei quia nō sperat vindictam. Sed licet cū ira sint delectatio et tristitia predicte tamen ira non est formaliter nec delectatio neq̄ tristitia. Primo qdē manifestū est q̄ ipsa non sit tristitia propter iam dicta qm̄ tristitia illa que nobis infit propter paruipensionem separari potest ab ira cum non irascamur vt dictū est potentia superexcedentibus. tristitia tamen multā habentes de paruipensione vel iniuria nobis illata per ipsos. Sc̄o etiā p̄t q̄ ira non est delectatio illa que ex punitione vel spe punitionis efficit. qm̄ illa delectatio in actu ali punitione auget. ira autē diminiuit. vnde dicitur quarto huius q̄ punitio quietat impetū ire delectationē pro tristitia faciens. vnde concludi potest q̄ ira formaliter accepta sit passio specialis licet comitatiue includat plures passiones. Quod iterū sciri potest distinguendo passiones diuersas appetitus. Nam si de concupisibili appetitu loquamur dici potest q̄ sicut generans leue primo dat formā leuitatis. sc̄o motum ad locū

tercio quietē in loco. Sic bonū appetitū obiectū p̄mo generat in appetitu formā que est quedā qualitas ipsi appetitū et vocatur amor vel complacentia. Sc̄o generat metū seu tendentiā in ipm et vocat concupiscentia vel desiderū. Tertio generat quietē in ipso adeptō: et vocat voluptas vel delectatio: vñ est q̄ memoria spes ac si bonū esset presentialiter adeptū generant delectationem/ non ex eo q̄ ipm est absens. sed q̄ spes eius in fantasia manet aliquid ac si ipm esset presens. p̄pter q̄ dicitur p̄mo rhetorice q̄ meorantes vel sperantes quasi sentire putant. vel dicamus q̄ bonū fm̄ q̄ simpliciter apprehensū generat amorē vel complacentiā: sc̄m autē q̄ habēdū generat desiderū vel concupiscentiā: fm̄ vero q̄ habitū generat delectationē seu voluptatem. Et econtra malū primo generat odiū vel displicentiā. sc̄o refutationē vel fugā. et sc̄o dolore vel tristitiā. Ex quibus apparet q̄ ira cum sit passio tendēs ad vindictā magis formaliter potest dici desiderū siue concupiscentia: q̄ delectatio vel tristitia. De appetitu etiā irascibili dici potest q̄ ipse sicut cōmuniter dicitur versatur circa bonum vel malum sub ratione cuiusdā arduitas apprehensū. que quidē arduitas attendi potest vel quantū ad difficultatē vel quantū ad piculū. Si ergo sensus apprehendat piculū: et non succubat sed super: dicit audacia. et si succubat: erit timor. si autē apprehendat difficultatē et non succubat tunc erit spes et si succubat erit desperatio. Si vero sensus non solū piculum vel difficultatē sed eū qui piculū vel difficultatē attulit apprehendat: si appetitus nō succubat tendit in punitionē seu vindictā: et erit ira. et si succubat erit contrarium ire. p̄pter quod manifestum est iterū q̄ ira passio est quedā specialis. et q̄ innata est habere morē distinctum ab aliis passionib⁹ videmus enim iracundos qui maxime nituntur ad punitionē et vindictā cū potuerint superare: minime tamen volentes vel potentes dura seu difficilia sustinē. Et econtra videmus multos qui propter audaciā durissima et piculofissima nō abhorrent/ mitissimi tamen inueniuntur. et cum superauerint mime puniti. Quantum autē ad secūdū seneca videt Añ. contrarius. vult enim Añ. q̄ irasci sit aliquā bonū. q̄ sic p̄bari potest omne illud est aliquando bonū quod natum est iuuare virtutē in suis operationibus. ira autē est hmoi. quod apparuit in quarto huius auctoritate homeri dicētis virtutē immitte furori: et furorē et virtutē erige. vnde dicit Añ. fortes igit

propt̄ bonū opantur: furor aut̄ coopatur eis. cuius  
enī fortis bellabit̄ propter bonū virtutis: et graui-  
ter vulnerabitur: et mors imminet: tantū erit  
impetus doloris et timoris in se: quod vires senti-  
tiue etiā ratione adiuuante non sufficerent ad  
bellandum: nisi ira calefaciens sanguine dimi-  
nuerit doloris sensum et abstulerit impetum ti-  
moris. Item si nunq̄ irasci est malum: aliqua  
do irasci est bonum. sed nunq̄ irasci est malum  
quod Aristoteles declarat quarto huius. primo quia  
viciū est quod insipientis esse videtur. sed nun-  
q̄ irasci videtur esse insipientis. videtur enī quod  
talis non precipiat iniurias illatas sibi neque tristescit  
de eis. Secundo quia viciū est nunq̄ esse vindica-  
tium. sed nunq̄ irasci est nunq̄ esse vindicati-  
uū. cum ira sit appetitus vindicte. igitur et ma-  
ior patet. quia si oppositū in opposito: et ppositum  
in pposito. familiares aut̄ despiciere viciū est:  
ergo viciū erit iniuriā sustinere quod faciūt qui nun-  
quā mouentur ad vindictam. Secundo patet illa ma-  
ior quia feruilitas euitanda est tanquam condi-  
tio vilis et inhumana iniuriante autem sustine-  
re et nunq̄ moueri ad vindictam seruire est. unde  
de septimo politice. que non possunt periclitari  
viriliter serui inuadentium sunt. Tercio ma-  
ior dicta probatur. quia malū est dare malis oc-  
casionem malignandi et iniuriandi: sed qui nun-  
quā mouentur ad vindictam: dant iniuriōsis occasi-  
onem iniuriandi. quia sicut Seneca dicit in pro-  
uerbiis qui peccantē non corrigit: peccare impe-  
rat. Et scō thetorice dicitur quod homines inui-  
sta faciunt in defides. solliciti enim est resistere.  
et inuerecundos. non enim pugnatū pro lucro.  
et in eos qui a multis iniusta passi sunt et non re-  
siliunt. et omnino (sicut ibidem dicitur) illi mo-  
uentur ad iniustum faciendum: qui quā cuius de-  
causa putant non exsoluere penam/ aut minus  
dandum esse: quam sit eis lucrum. Item ad  
principale. Arguitur sic. deus et natura nihil a-  
gunt frustra primo celi et mundi: sed ira a natu-  
ra est pluribus. pluribus enim speciebus anima-  
lium in se absq̄ doctrina vel assuetudine. pluri-  
bus etiā hominum in se obiecto presente sicut  
et alie passionēs. ergo frustra non fit. Quod autē  
frustra non fit: ad finem fit. quecunq̄ autem ad  
sunt vel sunt a fine optimo existente rationem  
boni. capiunt: igitur et cetera. Sed contra sen-  
tentiam Aristotelis Seneca librum quemdam  
fecit de ira. in quo nititur ostendere quod in nullo  
casu ira possit prodesse virtuosis. Et potest ef-

se vna ratio talis Ad hoc Aristoteles septimo  
politice concedit nihil eorum esse bonum que sunt  
preter naturam. ira autem est preter naturam.  
imo contra naturam hominis est. quod Seneca  
sic declarat. quid homini mitius dū in recto a-  
nimo habitus est: quid ira crudelius. homo in  
adiutorium mutuum genitus est: ira in excer-  
citium. hic congregare vult illa discedere hic p-  
desse. illa nocere. etiam ira auida pene est. cuius  
cupidinem inesse pacatissimo hominis pec-  
tori minime secundum eius naturā est. benefi-  
cis enim humana vita constat et concordia. nō  
timore sed mutuo amore. In sedus auxilium quod  
commune astringitur. Alia ratio formari  
potest sic. vir bonus nullius pena gaudet si iu-  
dicio damnat ipsum ab impietate sua irreuoca-  
bilem. hoc est non quia delectetur eius pena. p-  
cul enim est a sapiente tam inhumana. feritas.  
sed vt documentum sit aliorum. ira autem pene  
appetens est non ergo est conueniens bono viro

Alia ratio est si ira aliquando prodesset: hoc  
esset ad vindictam malorum. sed nunquam ef-  
fet bona vindicatio prout a castigatione distin-  
guitur/ et ira castigationi non conuenit. igitur  
ira nunquam prodest. maior ex hoc patet: quia  
ira formaliter est appetitus vindicte: et quia su-  
per hoc vna ratio superius adducta fundabatur  
minor probatur. primo quantum ad hoc quod  
vindicatio non sit bona prout a castigatione disti-  
nguitur. differt enim sicut dicitur primo rheti-  
rice punitio et castigatio. castigatio quidem e-  
nim patientis gratia est scilicet vt melior effici-  
atur. punitio seu vindicatio facientis gratia est  
scilicet vt fatiatur. constat autem quod alteri pe-  
nam inferre non honesti sed proprie delectatio-  
nis gratia non est bonum. Et ex eodena mani-  
festum est quod ira castigationi non expedit. non  
enim medicus irascitur patienti. imo videtur  
quod ira necessario trahat ad iniuriam si puni-  
tioni castigatorie immisceatur. quanta namq̄  
pena sit et qualis exigenda ratio perfecte discer-  
nit cui rationi si ira fuerit admixta: vel ipsa fru-  
stra erit: vel pene addet. et ita punitio fiet ultra de-  
bitū rationis. quod oīno repugnat epikete. i. na-  
turali egatitv apparet quito huius et p<sup>o</sup> rhetorice  
in capi<sup>o</sup> de epikete a. Itē ira non potest esse bona  
nisi regatur ratione hoc omnes concedūt. sed ira  
non permittit se regi ratione. accendit enim sa-  
guinem ad cuius accensionem sequitur inordi-  
natus motus spiritūū: unde causat̄ perturbatio

sensu et fantasia sine quorū statu nō habemus v-  
sum libere ratiois: sicut apparz in ebriis in egro-  
tantibus in maniacis. sicut igitur bonū est ebrie-  
tate totali excludē: eo quod ipsa sensum perturbatiua  
existens se regere nō permittit: ita ira. Nā sicut  
bene dicit Seneca facilius est excludere pncio-  
sa quod regere et nō admittere quod admissa moderari  
nam cū se in possessionē posuerit: potentiora re-  
ctore sūt. nec rescindi se minūve paciunt. neque  
enim sepositus est animus et extrinsecus speculā-  
affectus vt illos non patiat̄ ultra quod oportet pce-  
dere: sed in affectū ipse mutatur. Itē si ira p-  
desset hoc maxime videretur esse in bellicis re-  
bus: vt acuens animū cooparet virtuti fortitudis  
vt p̄us dicebatur. sed hoc non videt̄ esse v̄m. quia  
(sicut dicit Seneca) nunq̄ virtus vicio adiuuanda  
est. se contenta est. quociens impetu opus est nō  
irascit̄: sed exurgit. et inq̄tum putabit opus esse  
p̄citā remittiturq̄ nunq̄ assumet ratio in adiuto-  
riū improvidos et violentos impetus: apud quos  
ipsa nihil auctoritatis habeat quos nunq̄ comp-  
mē possit: nisi pares illis similesq̄ opposuerit vt  
ire metū/ inertie iram/ timori cupiditatez. absit  
hoc a virtute malū: vt vnq̄ ratio ad vicia cōfuzgi  
at: sicut non est virtutis sine timore quietuz esse  
non posse: ita nec acutum esse non posse sine ira  
an tu putas venatorē irasci feris/ cum impetuo  
fissime fugientes psequitur: et venientes excipit  
gladiatores quorū ars tuet̄. ira denudat. Itē  
ira aut ira non est: aut inutilis est. si quis enim  
quia pene auidus penā exigat: non exigit eam  
bene. Si quis autē exigit penā non ipsius pene a-  
uidus: sed quia oportet non est a numerādis ira-  
tis. An videt̄ tibi lex irasci his quos non vidit  
quos non nouit: quos non futuros sperat: in quos  
tamen penam instituit. ipse itaq̄ sumēdus est  
animus qui absq̄ ira punit quia bonum. Itē  
ex eo videtur ira prodesse quia malos terret/ et  
contemptū effugit. sed ob hoc ira nihil prodest.  
primo quidē quia piculosius est timere quod despici.  
noce est enim eū multos timere quem multi ti-  
ment. Et itē: si vir sapiens vires habuerit: tūc  
absq̄ ira recto rationis iudicio repellat malos.  
punit/ et terreat. Si autem ira sine viribus est  
tunc magis exposita contemptui est: et derisum  
non effugit. Seneca multas in dicto libro alias  
rationes adducit: et alias exhortatiōes satis pul-  
chras. ideo vide totum librum si volueris. videtur  
mibi si rōnes Aristoteles et Senecae fuerint bene exami-  
nate: quod ira ad punitiōem nunq̄ sumēda est: neque  
ad iniurie repulsionē: nisi in illo casu quo in bel-

lo tristitia sensus innata esset deinceps vires cor-  
poris aut turbare fantasiam. sed tunc ira calefa-  
ciens sanguinem/ et sic tristitia sensus absorbes/  
expediret valde. forte etiā quod si ira vires ani-  
me nō fortificat: tū ipsa corporis vires augmentat  
quod expediens est in bello. et itē nature sapa-  
citas adiutorium mittit ad illas partes quas iudi-  
cauit adiutorio indigere. cū ergo ratio sententi-  
auerit in bello vires corporis et non ipsam fanta-  
siam vel estimatiuā indigere: ira in adiutorium  
assumpta. vires mēbroz augebit/ dolores sen-  
sum extinguet/ nec adeo fantasiam tanget vt p-  
turbet eaz. Et itē si quis bene dispositus fuerit  
in fortitudine sed nundū ad plenū perfectus: ipse  
perturbari poterit in bello timore mortis immi-  
nentem: nisi in adiutorium iram assumpserit. in ta-  
libus enim ira firmat rectam rōem et electōem  
in executione iusti opis. sic enim pcedere vide-  
batur ratio prima accepta ab Aristotele. capitulo  
de fortitudine. videtur ergo manifestum esse quod  
ira multis casibus expediat. alit̄ natura non fe-  
cisset eam. In aliis autem casibus non puto irā  
assumendā esse: sed quātum possibile fuerit expel-  
lendā. concedendum est tū quod ire similitudo quorū  
sumenda sit. quod et Seneca concedit dicens: nunq̄  
itaque ira admittenda est: sed aliquā simulanda: si  
igno enī animi audientū cōcitandū sūt. sicut tar-  
de confulgentes ad cursū equos stimulis/ facib<sup>9</sup>  
et subditis incitamus. aliquā incutiendus est his  
motus apud quos ratio non p̄ficit. sic igitur simi-  
le opandum est ei quod faceret ira/ non ire mo-  
tu sed dictamie rationis. et credo quod non plus cō-  
cludant dicta philosophi capitulo de mansuetu-  
dine. Ad rationes Senecae. Ad primam dicen-  
dum est quod ira non est conueniens humane natu-  
re nisi in casibus p̄dictis in bello vbi non oportet  
hominem esse mitē neque inimici sui adiutorem  
Ad aliam potest dici quod ira sibi relicta gaudet  
pena sed per rationem in adiutorium accepta nul-  
lo gaudet nisi quo ratio gaudere dictat. Ad  
aliam videtur concedendum quod ira sibi sine re-  
gimine rationis relicta tendit in vindicationem  
differentem a castigatione. sed per rōem accep-  
ta non tendit nisi in iniurie repulsionem vel in ca-  
stigationem que vindicta large vocari potest.  
Ad aliam similiter dicendum est quod ira per  
rōnem accepta non extendit impetum suum in  
punitiōem sed solum in virium corporis forti-  
ficationem et sensualis tristitie diminutionem/ et  
inimicorum superationem: cū ad aliud ratio nō  
accepisset eam. et iterum melius est tales cum  
o. ii.

ira punire quos non est possibile nimis punire quod ob ire defectum succubere vel quod eorum maliciam relinquere impunitam. Ad aliam dicendum quod sicut moderatus potus non perturbat sensum: ita nec ira moderata. imo sicut dictum fuit in casu ira continet sensum: qui omnino turbaretur et succumberet apud nimium doloris impetum vel timoris. Ad aliam dicendum quod virtus est per se sufficiens ad reddendum semper hominem bonum et bene iudicantem et bene eligentem quod diu habuerit liberum usum rationis. sed virtus bene indiget multis ad determinandum sensum ut possit ministrare rationi verbi gratia: cibo potu et somno et in casibus predictis ira. Similiter virtus bene eget multis ad opus exterius exercendum. videlicet membris corporalibus et corporibus et aliis exterioribus instrumentis que omnia sibi relicta nullius sunt providentie sed diriguntur ratione concedendum est etiam quod virtuosus potest esse acutus sine ira sed non deficiente sensu pro dolore vel timore. Ad aliam dicendum est quod si quis penam vel dolorem exigat non ipsius pene audis. sed quia oportet ipse non annumerandus est iratis: quia ira non operatur principaliter. sed vel ratio tantum operatur vel ira cooperatur. Ad aliam dicendum est quod bonum est terrere inimicos et timere ab eis. sed ad illos qui non bello graui et periculo repellendi sunt non est vitendum ira: sed ire similitudine nec rationes senece plus concludere videntur.

His visis concludi potest quod mansuetudo est virtus moralis quia circa omnem passionem et operationem ab illa passione innata procedere circa quam contingit excedere prave deficere prave/indigemus morali virtute inclinante ad medium sicut dictum est sepe. Sed ab ira et punitione contingit deficere prave: cum dictum sit quod sit bonum aliquando iram/aliquando ire similitudinem assumere. Similiter contingit circa iram excedere vituperabiliter ut omnes concedunt: ergo circa iras indigemus morali virtute. eam autem vocamus mansuetudinem igitur.

Item si nunquam esset bonum irasci: tamen cum appetitus ad hoc inclinatur nos indigemus habitu morali huiusmodi inclinationem reprimente et ad oppositum inclinante quem mansuetudinem vocamus. talis autem habitus est virtus quia perficeret habentem et redderet opus eius bonum. circa paruspensiones que innate sunt iram generare. Quantum autem ad ultimum propositum sciendum est quod aliqui ponunt clem-

tiam dispositionem esse distinctam a mansuetudine. quia dicunt mansuetudinem esse moderatam passionis interioris puta ire. clementiam autem dicunt esse moderatam punitionis exterioris. Et iterum quia clementia solum est superioris ad inferiorem ut dicit seneca ad neronem mansuetudo autem est circa iras quascunque et maxime inter personas equales et adinuicem conuidentes. Ego autem puto quod omnis virtus moralis sit circa operationes exteriores et circa passionem interiores sicut ex predeterminatis apparuit et iterum apparebit in quinto. nam propter regulare operationes oportet moderare passiones non enim indigemus virtute nisi ad tollendum rebellionem appetitus ad rationem/ vel ad difficultatem que est in sequendo iudicium rationis hec autem rebellio vel difficultas ortus non habet nisi ab obiectis circa que debemus operari secundum quod innata sunt inferre passiones. appetitui inclinantes ipsum pretervel contra iudicium rationis/ et loquor large de passionibus et de appetitu prout se extendit ad ipsam voluntatem/ propter quod apparet primam differentiam quam alii posuerunt esse falsam. Secunda autem differentia concedenda est quantum ad hoc quod mansuetudo personis omnibus debeatur: clementia autem solum superioribus ad quos spectat defectus corrigere subditos. sed hec est modalis vel materialis differentia et non specifica sicut dictum fuit de magnificentia ad liberalitatem/ de magnanimitate ad philotomiam/ de virginitate ad sobrietatem/ de parcimonia ad temperantiam/ et sicut in quanto dicitur de diuersis modis iusticie ad iusticia/ unde seneca dicit in libro de clementia ad neronem: quod clementia est temperantia animi in potestate vlciscendi. vel lenitas superioris aduersus inferiorem. vel inclinatio animi ad lenitatem in peccata exigenda. hec autem omnia mansuetudo in superioribus ad inferiores operatur.

Ad rationes igitur dicendum ad primam quod mansuetudo est specialis virtus. eo quod ira sicut dictum fuit est passio specialis et motus specialis. Si autem ira et concupiscentia diuidunt totum appetitum. hoc est diuersimode prout appetitus denominatur a passionibus maioribus et inferioris impetus/ quomodo autem ira delectationem includat/ et est clemens: dictum fuit. quod autem dicitur iram non habere passionem contrariam non videtur esse verum nam primo rhetorice ponit Aristoteles mansuetudinem ei contrariam. Ita dici potest quod nomine mansuetudinis equiuoce utimur quod pro passione contra-

ria ire: et quod pro virtute. virtus enim innominata existens nomine passionis illius accipit que minus est innata aduersari sibi. Ad aliam solutionem est in ultimo articulo questionis. Ad aliam patet solutio per hoc quod iam dictum fuit philosophum uti nomine mansuetudinis equiuoce.

Ad aliam dicendum est quod mansuetudo non inclinatur circa iras ad medium rei. sed ad minus eo quod hoc est consonum rationi et ita inclinatur ad medium rationis quod omni virtuti commune est. Et sic est finis quodis.

Veritur decimo quinto: Vt ille mansuetus qui est naturaliter inclinatus ad iram clementia sit melior illo mansuetus qui est naturaliter inclinatus ad irascibilitatem: supposito quod iracundia sit viciu peius quam irascibilitas. ita quod circa quamlibet virtute possit ista questio formari scilicet de duobus eadem virtute virtuosus quis sit melior/ vel ille qui naturaliter est inclinatus ad viciu peius: vel ille qui est naturaliter inclinatus ad viciu minus malum? Arguitur ergo quod mansuetus inclinatus ad iracundiam sit melior. verbi gratia mansuetus colericus quam mansuetus flegmaticus quia non solum est bonum habere bonum sed etiam bonum est euitare malum: illa ergo virtus est melior per quam euitamus maius malum ceteris paribus. sed colericus per mansuetudinem euitat maius malum quam flegmaticus quia ipse euitat iracundiam ad quam inclinabatur. alter vero irascibilitatem. ergo mansuetudo est melior in colerico. sed secundum virtute meliore dicitur melior habere eam. Item illa aqua est calidior que reducit frigidior ad temperatum: quam illa que reducit minus frigidam ad temperatum. ergo similiter illa virtus est melior que peior facit bonum: quam que minus malum facit bonum. sed colericus est peior flegmatico quia inclinatio ad peius viciu est peior. ergo mansuetudo faciens colericum bonum est melior mansuetudine faciente flegmaticum bonum. ergo colericus mansuetus est melior cum habeat meliorem virtute. Item virtus est melior que est circa difficilius. unde secundo huius circa autem difficilius semper ars sit et virtus/ et tamen bene melius in hoc sed virtus colerici est circa difficilius. quia ad reprimendum iram que est impetuosa valde. id est. Item patet laudamus seneca de castitate quia non est inclinatus ad luxuriam. sed iuuenes castum magis laudamus quia magis inclinatus est ad luxuriam. ergo illum magis laudare debemus si fiat bonus qui fortiore habet inclinationem ad malum: sed colericus inclinatus ad iram fortiore habet inclinationem ad malum: magis ergo laudamus.

est si fiat mansuetus. sed melior magis est laudandus. ergo. Item melior est qui ex maiori affectione fit bonus quam qui ex minori. sed colericus ut fiat mansuetus indiget fortiori affectione per quam a fortiori inclinatione retrahatur. Item. et patet maior quia ex eo redditur opus bene vel male operatum: quia voluntarie. ideo quanto magis voluntarium tanto melius aut peius. Oppositum arguitur quia felicitas cum minimo bonorum fit eligibilior primo huius. ideo etiam dicitur quarto huius quod licet solus bonus secundum veritatem sit honorandus tamen diues vel nobilis bonus est magis honorandus. ergo similiter qui cum virtute habet plus de alio bono: est melior. sed flegmaticus est humilis/ quia cum virtute mansuetudinis meliore vel minima vel minus mala habet inclinationem naturaliter ergo. Item viciu redditur peius quia minus sanabile. ideo capitulo de liberalitate dicitur. ille liberalis peior esse prodigo. ergo similiter ille dicitur melior qui minus est labilis ad egritudinem sed flegmaticus est minus labilis ad egritudinem. cum minore habeat inclinationem naturalem ad viciu. que quidem inclinatio nobis dat lapsus occasione. ergo. Item virtus est ad animam: sicut sanitas ad corpus. sed melius est dispositus secundum corpus qui est sanus/ et formaliter/ et secundum naturalem inclinationem ad egritudinem. ergo melior est secundum animam qui est formaliter virtuosus et secundum naturalem inclinationem quam prauam habet inclinationem naturalem. Ista questio scrupulos habere videtur propter quos oportet distinguere modos diuersos quibus ipsa possit intelligi. Videtur autem mihi quod non sit loquendum ad primum nisi de virtutibus principalibus hominis secundum quod est homo talis aut virtus non videtur esse virtus manus aut pedis aut capitis aut cordis aut omnis corporis nec est virtus anime quo ad inferiore partem scilicet quo ad sensum vel appetitum sensitiuum. sed est virtus anime quo ad superiorem partem videlicet quo ad intellectum et voluntatem: et hoc apparuit in primo libro et apparebit in sequentibus. et quia non de virtutibus intellectualibus hic agimus sed de moralibus quod in primo libro voluntati attribuimus: ideo de his ad primum dicam. Videtur ergo mihi quod questio primo modo formari potest utrum virtus ipsa mansuetudinis sit melior secundum seipam in colerico quam in flegmatico vel e contra. Ad quod respondetur quod ipsa virtus mansuetudinis in utroque est eque bona si sit in utroque ad extremum possibilis plecta. quod sic patet omnes concedere videntur quod intellectus et voluntas regi non possunt ad male aut etiam.

ad minus bene agendum per quacumque passionem vel inclinationem corporalem: hoc habet aut ex dno sue voluntatis aut quia sunt ab organis et dispositionibus corporalibus abstracte potest/ aut quia sunt gradus superioris quam sunt omnes potentie corporales/ vel alia de causa secundum quod diuersi diuersa loquuntur. hoc autem concessio constat quod voluntas tamen in colerico quam in flegmatico imo in quolibet non orbat. sed potest uti ratione quocumque fuerit dispositione corporali dispositio potest ad extremum bene eligere: et eque bene in uno sicut in alio. si ergo virtus ex multiplicatis elicitur generatur per se in ipsa voluntate firmatur sicut in precedens tibus apparuit: manifestum est quod in utroque poterit generari virtus eque perfecta et eque firma. concedendum est tamen quod ante virtutis generationem difficilius est eligere bene illam ipsi iracundo. in quo sensitiuus appetitus magis aduersatur recte rationi et recte electioni. quia voluntas licet non necesse est neque cogatur appetitum sensitiuum: tamen propter quadam affectionem naturalem quam voluntas habet ad appetitum sensitiuum si eum dominus ad subditum sibi seruum: ipsa alliciat ad illud in quod tendit appetitus sensitiuus. et item quia dictum fuit in secundo libro quod si preter nobis obiectum sub duplici ratione boni et mali: voluntas necesse est quadam habet in eo complacitiam ratione boni apparentis et displicentiam ratione mali: nec illud est in sua potestate. sed acceptare totam rationem bonitatis apparentis. et impare ad persecutionem: vel refutare totam rationem malicie apparentis: et impare ad fugam. vel differre de homini acceptatoe vel refutare est in domino voluntatis. modo constat quod illud in quod tendit appetitus sensitiuus preter nobis sub ratione alicuius boni apparentis. propter quod voluntas in illo habet necesse est quadam complacitiam modo difficilius est ipsi voluntati eligere bene secundum acceptionem vel refutationem contra illud ad quod ipsa alliciat: et in quo habet complacitiam: quam si nullam haberet ad ipsum complacitiam. et puto quod propter eandem causam plures ceteris partibus requirunt electiones recte ad generandam virtutem firmam et perficiendam in illo qui magis haberet appetitum sensitiuum ad contrarium inclinatum. Ex his autem videtur sequi alia conclusio scilicet quod colericus magis laudandus est de acquisita sibi virtute mansuetudinis quam flegmaticus non quod propter in eo virtutem esse meliorem/ sed propter bene egisse se plus et circa difficilius in homini virtutis acquisitione. Si autem questio formetur sicut in mansuetudo sit melior ipsi colerico quam flegmatico? Dicendum est quod non positue quia mansuetudo reddit utrumque eorum optimi et optime operantem circa iras. sed concedi potest quod quodammodo proutue mansuetudo est melior colerico quia scilicet retrahit ipsum et purgat a peiori vicio

et peioribus operationibus: et peiorum in eo reprimunt inclinationem. Si vero questio formetur sic: utrum maluit colericus sit melior mansuetudo flegmatico? potest dici quod neuter sit melior secundum partem superiorem. cum eque perfecta sit virtus in utroque. sed si flegma sit circa iras melior corporalis dispositio quam colera eo quod ad meliores vel minus malas operationes inclinatur: tunc concedatur quod flegmaticus secundum corpus est melior circa iras. sic ergo unus non est melior alio inter se: potest tamen concedi quod flegmaticus est melior exte-rius: potest etiam dici quod neuter est alio melior moraliter: quia utrumque est perfectus secundum mores circa iras flegmaticus tamen videtur melior naturaliter. Sic ergo concedi potest quod flegmaticus mansuetus sit aliquomodo melior circa iras. Ad rationes igitur utriusque partis respondendum est. Ad primam pro parte dicendum est quod ipsa bene probat quod mansuetudo est melior seu expediens colerico proutue modo plus declarato. quia nihil potest concludit Ad secundam dicendum est quod ipsa bene probat quod difficilius sit generatio mansuetudinis in colerico. et quod pluribus indiget re-ctis operationibus quam in flegmatico. propter quod de acquisitione mansuetudinis magis meretur colericus/ et redditur laudabilior ut dictum fuit. et nihil concludit plus. non enim virtus facit hominem bonum effectiue sed operationes generantes virtutem per quam homo est for-malis bonus. Ad aliam dicendum est quod virtus et ars sicut dictum fuit in secundo libro reddunt facilia quam ante artis virtutis generationem erant difficilia. con-cedo ergo quod ante mansuetudinis generationem dif-ficilius erat colerico bene se habere supra iras quam flegmatico. sed post eius perfectam generationem non est sibi difficilius ratio solam concludit quod pluribus in-diget colericus bonis operationibus ad generationem mansuetudinis quam flegmaticus. virtus enim non corrumpit vel reprimunt inclinationem proutue parte: sed operationes generantur virtutem. vel dicendum est quod virtus est melior que cir-ca difficilius/ difficultate se tenet ex parte obiecti extinseci reddet hominem bene se habentem. sed non oportet hoc concedere de difficultate pueniente ex nostra natura aliis incli-natione nisi quod de hac difficultate bene conceditur quod virtus circa difficilius est nobis expediens proutue modo superius declarato. Ad quartam dicendum est quod ipsa bene probat quod colericum magis laudare debeo de acquisitione mansuetudinis quam flegmaticum sic se declaratum fuit. Ad vltimam dicendum est quod mansue-tudo in colerico non generatur ex operationibus maioribus affectibus vel magis voluntariis sed forte minus voluntariis propter priam affectionem. sed concedendum est bene quod ipsa in colerico indiget pluribus operationibus ad sui generationem. Ad rationes in oppositum dicitur quod flegmaticus mansuetus

conceditur aliquomodo melior scilicet vel secundum corpus vel naturaliter vel extensiue sicut dictum fuit Ad aliam dicendum est quod perfecta virtus inclinari non potest nisi sicut dictum fuit in secundo libro. nec sequitur quod virtus sit minor vel minus bona: si magis inclinari possit a maiori motiui. sed esset minor si a minori motiui inclinaretur. hec etiam ratio probat quod flegmaticus est melior extensiue. Ad aliam dicendum est quod in oppositum non est simile de sanitate corporis et de virtute. quia egritudo et dispositio vel inclinatio ad sanitatem vel egritudinem sunt in eodem subiecto/ imo dispositio ad sanitatem videtur esse quedam pars sanitatis. et dispositio vel inclinatio ad egritudinem quedam pars egritudinis. ideo ex tali dispositione vel inclinatione sanitas vel egritudo intendi potest vel remitti. virtus autem et prava inclinatio non sunt circa idem subiectum. sed virtus in voluntate. et inclinatio prava in appetitu sensitiui. ideo virtus per illam inclinationem neque intenditur neque remittitur. Et sic patet questio.

Verum decimosexto: Utrum affabilitas quam Aristoteles amicitiam vocat sit virtus moralis? Arguitur quod non. quia non generalis: cum non ponatur esse iusticia legalis. nec specialis quia non potest contra alias distinguui. sed videtur esse circa obiectum continentem obiecta plurium virtutum. est enim ut dicit Aristoteles in colloquiis in communi et sermonibus et rebus concitare. politica autem et economica non circa aliquid obiectum esse videtur: cum tamen non sint specialis virtutes sed circa materiam omnium virtutum. etiam iusticia tamen commutativa quam distributiva et liberalitas sit circa res concitationem. Similiter veracitas et eutrapelia sunt in humanis colloquiis etiam dicit Aristoteles quod affabilitas est circa delectabile. hoc autem est commune omni virtuti ut dictum est in secundo. vel maxime proprium participantem dicitur in secundo. Etiam mansuetudo requiritur ad bene delectabiliter communiem unde dicit Aristoteles. iracundos esse difficiles ad viuere similitudinem honores circa quos est magnanimitas multum faciunt ad oportunitatem humani communitatis. Item nulla virtute operamur sicte. sed affabilitate operamur sicte. quoniam ea operamur ad simulationem amici cum tamen amici non sumus ut dicit Aristoteles. Oppositum arguitur per Aristoteles. Primo videndum est quod ad humanam vitam utilis est: imo etiam necessaria: concitatio. quod in primo politice declaratum est satis. natura enim que nihil facit frustra: dedit solis hominibus super cetera animalia sermonem: per quem aliis significet conferens et nociuum/ iustum et iniustum. quod non est nisi per concitationem. Et item multis indiget homo ad vitam salutandam: pluribus ad bene ducendam eam que natura

perfecte non posset: sed ut fiat vel proficiant vel etiam perfecta indigentur applicetur: indigentur artibus humanis multiplicibus: humana diligentia: quia circa omnia non potest vnus habere: sed circa paucissima valde. magnam enim est homini et difficile si sit bonus textor. quod ipse cum plurimis sibi deseruietibus artibus quare exercere non possit opera possit nos vestire. et alii multum est si domum edificare sciat et possit. alii nauigare aut capere pisces. alii si ferrum fabricare sciat multa ceteris artibus instrumenta necesse ministras alii si agere colere sciat et possit intendere. et sic de multis innumerabilibus artibus induci possit sine quibus homini indigentia naturalis repleti non posset optime quam tanta sit homini concitatio tamen domestica quam civilis quam homini indigentia naturales inuicem suppleant. propter hoc primo politice dicit Aristoteles. quod homo natura animal civile est. Et qui est incivilis. propter naturam et non propter fortunam: aut prius est aut melior quam homo. Tertio sciendum est quod sermones et alii gestus extiores quibus vtimur ad alios in humana concitatio: prout explicitius considerari. vno modo secundum quod deseruiunt ad actus seriosos. et sic circa ipsos est affabilitas de qua questio hic mota fuit. Alio modo secundum quod deseruiunt ad manifestationem alie interioris perfectionis nostre latentis: et sic circa ipsos est virtus que apud Aristoteles vocatur veritas. Tertio modo secundum quod deseruiunt ad ludos et solacia. et sic est circa ipsos eutrapelia. Sunt autem actus seriosi idem quod actus utiles vel necessarij/ sed omnes illi actus vel sermones que nec ad proprie perfectionis manifestationem: nec ad solacia iocosa: sed ad aliquid utile nobis aut aliis procurandum vel persequendum vel contrarium fugiendum ordinantur. Et non dico quod affabilitas sit circa actus seriosos tanquam circa proprium eius obiectum: quoniam illi actus sunt et aliarum virtutum: et omnium vel plurium artium humanarum. sed est circa sermones et gestus quibus vtimur in homini actibus seriosis ad decendum et delectabilem concitandum. et contungit aliquando gestum et verbis ad alium se habere decem et delectabiliter. aliquando autem ruditer litigiose et indelebiliter. licet non inde mute tur substantia seriosi actus ut venditionis vel emptio-nis dationis vel acceptiois. Sic igitur videtur Aristoteles distinguere tres dictas virtutes dicens tres ergo que dicte sunt invita medietates sunt autem omnes circa sermonum quorundam et operum concitationem. dicit autem quoniam hec quidem circa veritatem est. hec autem circa delectabile. Etiam autem que circa delectationem hec quidem in ludis: hec autem in his que secundum aliam vitam colloquiis. Tertio sciendum est quod discolora siue perueria quia cum viuimus ad omnia vel plurima contrariamur et contendimus omnes: quod

est contristare neque quocumque curantes corruptiua est et turbatiua communicationis humane: tunc quia reddit hominem litigiosum et hinc segregat secundum empedocle: tum quia tollit pacem et amicitiam que tenet homines in communi congregatione. tunc auertit naturalem hominis appetitum quem homo habet ad concitationem. homo quippe naturaliter appetit delectabile et fugit tristitiam. Et ex isto notabili cum primo iam manifestum est quod homini discoloria est praua et contra bonos mores. Quarto sciendum est quod placiditas qua quis ita vult omnibus placere et nullum contristare quod ad nulla aliorum dicta contemdit sed omnia etiam si turpia sunt et falsa: comedat et approbat: est infectiua concitationis. quod patet tunc quia viciu inde conuictiu auget. sicut enim laudata virtus: sic et laudatum viciu crescit. tunc quia per hoc viciu suorum participes efficiuntur. et sic itum patet quod contra bonos mores est talis placiditas. Ex his autem concludemus ultimo quod in humana concitatione circa sermones et gestus ad seriosos actus: indigemus virtute morali. quia circa omnes passiones operationes humanas indigemus virtute morali dirigente siue inclinante nos ad medium secundum rationem tenendum: circa quas contingit excedere viciose et deficere prauem. nam circa talia medium semper est laudabile et virtuosum prout sepe diximus supra. sed circa dictos sermones et gestus tam in delectando quam in istando contingit et excedere et deficere. et utrobique prauem sicut dictum fuit. ergo et hec autem virtus ut dicitur Aristoteles. proprium nomen non habet. sed ei nomen amicitie attribuitur propter similitudinem eius ad veram amicitiam. amici enim delectabili adinuicem conuiuunt ita et secundum hanc virtutem homo se habet delectabili ad conuictes secundum sermones et gestus exteriores. Ab aliis autem vocatur aliis nominibus. homerus enim socialitatem videtur esse appellare. unde maledictum dicitur hominem infocialem. id est discolorum et tedium societatis turbatorem sicut recitatur primo politice vocata etiam fuit urbanitas ad diuinam rusticitatis quia viuentes in urbe magis solent conuiuere et colloqui graciose quam rurales. Et eadem occasione vocata fuit curialitas quia qui versantur in curiis sciunt preteritis graciose conuiuere et colloqui quibuscumque. unde de curiis aliquem vocamus curiale ipsum incedimus de hac virtute laudare. Incuriale autem vocamus discolorum et in conuictibus honorosum. Ab aliquibus etiam vocatur iocunditas. non quia per eam habens efficiat formaliter et interius iocundus et letus: sed quia sibi colloquentes et conuictes reddit iocundos et letos. Antiquitus autem

vocata est facetia et habentes eam faceti. unde boetius in de disciplina scolariu gallicos de ista virtute quia maxime viget in eis commedans dicit se venire parisius ad videndum facetos galloy ritus. et est idem facetia quod eloquentia vel decencia vel suauitas in verbis et factis. unde metrificator quidam librum quem de plurimis ad hanc pertinetibus virtutem documentis composuit: vocauit facetum. Modernorum autem aliqui affabilitatem vocauerunt eam. affabilitas tamen sermone propria. hec autem virtus ad sermones et alios se extendit gestus exteriores quocumque tamen nomine vocetur probatum quod sit moralis virtus. Extrema vero vicia sicut tactum fuit: sunt discoloria et placiditas et discoloria magis contraria virtuti. si placiditate aliud viciu non subintret. actus enim principalis huius virtutis est in concipiendo conuictibus et in reddendo concitationem iocundam et delectabilem sed tamen moderate. discolorus autem peccat contra substantiam actus virtutis. placidus autem contra modum tantum in quantum plus et aliter quam oportet: et illos quos non oportet miti delectare: non est tamen difficile quod placiditas peior efficiatur: si alteri viciu misceatur. ut si non solum propter placere et propter iocundam reddere societate: aliis placidus fiat. sed gratia incri vel ut magis possit aliquem conuictum defraudare. Ad rationes. Ad primam patet iam satis ex dictis quod ipsa est specialis virtus et a ceteris omnibus distincta: quoniam licet omnes virtutes morales requirant ad perfectam concitationem: hoc est tamen secundum diuersos actus et diuersa obiecta. et licet in omni concitatione locum habeat ista virtus: ipsa tamen non respicit substantias actuum nostrorum seriosorum. neque principales circumstantias ipsorum. sed solum sermones et gestus quibus utimur in exercitio singulorum nostrorum actuum seriosorum. Ad aliam dicendum est quod si in aliquo assumulamur amico non propter hoc iugimur nec dicimus nos esse amicos. si eadem equus et asinus in aliquo communi opere naturaliter communicant non fingit asinus si exercuit illud opus. sed ille fingit qui cum amico non sit amicus se dicit. et per opera vel verba que propria debent esse soli amico se amicum esse designat. Et sic est finis questionis.

Veri decimo septimo: Vtrum veritas sit virtus moralis? Et arguitur quod non quia opus virtutis intellectiue non est virtus moralis: tunc quia virtus non est opus: tunc quia virtus moralis pertinet ad partem appetitiuam huiusmodi et sicut sunt opus intel-

lectus ut dicitur quinto huius. Confirmatur quia ibidem dicitur quod in mente. id est in parte intellectiua est affirmatio et negatio in appetitu vero percipitio et fuga. modo vero in affirmatione et negatione sunt sexto metaphisice. ergo patet ad intellectum non ad appetitum. Item eironia que veritati opponitur non est viciu nec vitia virtutis. aut patet per Aristoteles dicentem qui autem moderate utuntur eironia et circa que non valde prompta et manifesta eironia: gratiosi videntur. ideo etiam dicitur laudabile esse minus magis a vero declinare. Etiam quia magnanimus ut dicitur capitulo de magnitudine virtutis eironia ad multos. et nullus virtuosus vitia vicio. id est eironia non videtur esse viciu. Item veritas in extremo consistit quia semper in altero contradictionis extremo morales autem virtutes non sunt in extremo. Et confirmatur quia licet a vero contingat deficere viciose: tamen excedere non contingit. sed quanto magis quod dicitur veritas omni substracto mendacio: tanto magis est verax et virtuosus. unde Aristoteles dicit per se autem mendacium prauum et fugiendum veritas autem bonum et laudabile. veritas autem moralis non est nisi ubi contingit excedere et deficere utrobique viciose. ergo et cetera.

Oppositum dicit Aristoteles. Sciendum est quod veritas hic non capitur pro re et entitate secundum quod ens et verum conuertuntur nec pro adaequatione in intellectus componentis et diuidetis ad ea de quibus componitur vel diuiditur: quia pertinet ad intellectum. non ad appetitum nec capitur pro adaequatione sermonis signatus in significando ad rem significatam de qua fit sermo. quia nec talis veritas in appetitu consistit. et ita satis videtur quod veritas hic non sumitur proprie. propter quod hanc virtutem dicit Aristoteles. in nominata esse licet nomine sibi proprio sed tamen in secundo libro vocauit eam veritatem attribuendo sibi illud nomen ab obiecto circa quod ipsa versatur vel magis videtur dici ab opere quod circa suum obiectum operatur. sermones enim et alii actus humani exteriores secundum quod designati sunt nostre dispositionis in humanis bonis virtutibus in nobilitate amicorum in habundantia diuiciarum. et excellentia habitum intellectualium. in bonitate virtutum corporaliu. aut in his vniuersaliter circa que contingit iactantia locum habere potest: sunt subiecta istius virtutis et oppositorum sibi viciu: et forte non hec sola: ut videbitur post. Actus autem istius virtutis est veritas que est adaequatio sermonum et operum signatum ad res quas designant. Actus autem viciuorum oppositorum sunt duplex falsitas homini sermonum vel operum que consistit in fingendo

maiora quam sunt: aut minora. Ex his igitur manifestum esse potest quod veritas prout est virtus moralis est habitus inclinans ad veram rerum designationem. per sermones et alios actus exteriores prout recta ratio dicitur vicia autem ei opposita sunt iactantia et yronia: iactantia enim consistit in significando nobis inesse gloria que non sit vel maiora quam sunt vel vniuersaliter in excedendo circa hoc limites recte rationis secundum quod circumstantiam yronia autem consistit in deficiendo circa predicta ab eo quod recta ratio dicitur. His autem vitiis manifestum est quod iactantia est viciu secundum excessum si declaratum fuerit quod contingat excedere limites recte rationis: Similiter manifestum est quod yronia est viciu secundum defectum si declaratum fuerit quod circa predicta contingat deficere ab eo quod recta ratio iuberet: hoc enim totum patet ex terminis secundum ea que de quid nois istorum habituum predicta sunt quicquid enim dissonat recte rationi siue secundum excessum siue secundum defectum viciu est. declaranda. ergo sunt duo predicabilia sic. mendacium est per prauum et fugiendum. veritas autem et bonum est laudabile sicut dicit aristoteles. Et recta ratio prohibet omnem prauum et omnem bonum precipit et hortatur. sed mendacium contingit incurrere et secundum excessum fingendo de se gloria que non sunt vel maiora quam sunt. et secundum defectum licet negando que existunt vel minora faciendo quam sunt igitur et cetera. Item hoc specialiter patet de iactatore quia quod est onerosum conuictibus est dissonum recte rationi. sed iactantia est homini propter onerosas superabundantias esse. sicut dicit aristoteles statim enim cadit in mentem audiencium quod tales iactatores volunt alios sine meritis suis superexcedere in honore. et hoc naturaliter displicet audiencibus vniuersaliter in libro de officiis reprehendit istos dicens. turpe est de seipso predicare ista presertim et cum irrisione audiencium imitari militem gloriam. Et subdit qui seipsum laudat cito derisorie inuenit. yrones autem non ita sunt onerosi. quia non se super alios exaltant: propter quod graciosiores secundum mores videtur. ut dicit aristoteles tamen nulli dubium est quin sit turpe aperte et amplissime metiri de seipso secundum defectum. Si enim dicat clericus in scientiis approbatus et notus se nihil scire sed omnino ignorantem esse vel si dicat miles fortissimus. et christissimus in bellis se nihil valere hoc videtur esse irrisio. Ex dictis ergo manifeste concludi potest primo quod veritas est virtus moralis. Secundo quod iactantia peius est viciu quam yronia. Primum patet quia circa omnia agibilia humana circa que contingit operari viciose secundum excessum et secundum defectum

cōtingit opari bñ virtuosē fm mediū: ideo cir-  
ca talia virtute indigemus inclināte ⁊ determi-  
nāte nos ad mediū tenendū sicut sepius ante di-  
ctū fuit. sed dictū est q̄ circa sermones ⁊ actus  
exteriore vt sūt designatiui nostre dispositiōis  
errare cōtingit ⁊ fm excessū et fm defectū. ergo  
circa eos indigemus morali virtute. ⁊ illā voca-  
mus vitatē. igit̄ ⁊c. Scdm patz pmo quia dictū  
est q̄ iactantia est magis onerosa p̄uuentibus  
Scdo quia sepius cōuenit ex peiori motiū scilz  
ex inordinato appetitu lucri vel honoris: qui su-  
perbie vel auaricie appropinquat. yrones autez  
vt dicit Añ. magis fiunt fugientes molestū ⁊ ti-  
midū. Tercio qa magis distāt a vero eo q̄ mi-  
nus in maiori includit: non aut̄ maius in mino-  
ri. vnde sicut dicit̄ post aliquādo yronifare cō-  
tingit sine mendacio. Quarto sicut dicit Alber-  
tus quia iactantia pluribus fit ⁊ magis dissimilit̄  
conterit̄ innatū enim homini est ad alta conten-  
dere ⁊ magna de se presumere Est tamen sci-  
endū q̄ aliquē quandoq̄ minora fingere contin-  
git ad dolose decipiendū: vel etiā ad se astute et  
sagacit̄ extollendū preē condignū: ⁊ hoc yronia  
iactantiā includit: aut etiā aliam peiorē malici-  
am: ideo peior est q̄ iactantia simplicit̄ ⁊ prope  
vocatur ypocrisis: ⁊ de hoc dicit Añ. etenim lu-  
perabūdātia ⁊ valde defectus iactantia. Sed  
dubitāt̄ vtrū dicendo v̄m cōtingat aliqñ peccare  
cōtra illā vitatē? Ad quod breuit̄ dicendum  
est q̄ multiplici ⁊ sepe cōtingit prauē v̄m eni-  
ciare. potest enī hoc sepe nocē non solū malis s; ⁊  
etiā bonis. ⁊ exēpla multa dari possent sed nō  
est vis: quia per se notū est vnicuiq̄ etiam qui p̄-  
pria benefacta sepius ⁊ omnibus exclamaret re-  
putaret̄ iactator: nunq̄ ergo mendacia sunt di-  
ceda sed neq̄ vera nisi cū debitarū obseruatiōe  
circūstantiāz scz que oportz ⁊ qñ vbi ⁊ quibus  
⁊ quō ⁊c. v̄m enim in medio rei est sed opz ser-  
uare mediū rationis Ad rationes p̄ncipales  
dicendū. Ad p̄mā vt apparuit in positioe q̄ vi-  
tas proprie sūpta non est v̄tus. Ad aliam di-  
cendū forte q̄ ironia capi pōt duplici v̄nomō  
in dicendo nō esse quod est vel in dicēdo non eē  
tantū q̄m est ⁊ hoc est mendaciū ⁊ semp̄ prauū  
Aliomodo in dicendo minus q̄ sit non tñ exclu-  
dēdo maius vt si vir multis insignitus magnis  
amicis: dicat: aliquos habeo magnos amicos ⁊  
sic non est mendacium. ⁊ de tali ironia possunt  
exponi auctoritates allegate. et etiā dici potest  
de magnanimo q̄ Añ. dicit ip̄m vti ad multos  
non yronia sed yronia. yronia aut̄ mendaciū nō

includit sicut dicit̄ post. yronia aut̄ includit mē-  
daciū saltē fm primū modorū p̄dictorū Ad  
aliam dicendū q̄ veritas est in medio duarum  
falsitatū scz eius qui dicit esse qd̄ nō est: et eius  
qui dicit nō esse qd̄ est. sed adhuc dictū est q̄ cir-  
ca eam cōtingit accipere mediū rationis et extre-  
ma. Et sic fit dcm̄ ad questionē.

Verit̄ decimo octauo. Vtrū in oī mē-  
dacio sit pctm̄ aut nō. Arguit̄ q̄ nō  
quia poete bonū moris intendētes sepe  
mentit̄ p̄ferentes sciēter fabulas falsas: et non  
tamē peccāt sed bene agūt et meritorie Oppo-  
sitū arguit̄ qa mendaciū dicit Añ esse prauū per  
se et pie supponit de oī p̄mo posteriorū. videndū  
est p̄mo quid per mendaciū intelligi debeat. nō  
enim oē falsū est mendaciū. sic enī oēs maxime  
phi et phiam p̄fidātes essēt sepiissime mendaces  
quia sepe deficiūt in suis opiniōibus et asserunt  
falsū: si nāq̄ duos credideris int̄ ceteros eē sapi-  
entissimos cōsideraueris: videbis eos in pluri-  
bus opiniōibus opponi: et ita multa dicit fal-  
sa saltē vnus: si non ambo: nullus tñ ob hoc illos  
mendaces dicit: ideo distānit augustinus mēda-  
ciū q̄ est falsā vocis significatio cum intentione  
fallendi. forte tñ q̄ largius accipit̄ mendaciū i p̄-  
posito scz nō solū scdm q̄ in voce cōsistit s; i ope  
ratiōibus dicēte Añ. de veridicis aut̄ et falsidi-  
cis dicamus sicut in sermonib⁹ et opatiōibus. ⁊ si  
ctione. sicut enī dicit eustrati⁹ mētiri cōtingit tā  
verbis q̄ factis fingēdo que nō sunt. Est ḡ men-  
daciū falsā significatio voce vel opatione cū intē-  
tione fallendi. Et illud v̄bi fallendi: pōt exponi  
duplici. v̄nomodo fallendi. i. falsū dicēdo: et sic  
mentiri idē est q̄ dicere falsū sciēter: et sic dicit̄  
q̄ mentiri idē est qd̄ cōtra mentē ire. Aliomodo  
fallendi. i. decipiēdi ⁊ defraudādi enī vel eos  
quibus talia significam⁹. mētiri ergo sic est idē  
qd̄ dicere falsū in fraudē et illud mentiri se ha-  
bet ad p̄cedēs sicut inferius ad supius. Mēda-  
cium ergo cōiter sumptū p̄modiū dicit̄ i simplex  
mendaciū et in piuriū. Est aut̄ piuriū mendaciū  
iuramētovallatū. Et vtrūq̄ mendaciū quattuor  
species habere videt̄. est enī mendaciū iocolum  
officiosū mendosū et p̄nitiosū: Iocolum est qd̄ fit  
causa dandi solatii. Officiosū est qd̄ fit in bonū  
alicui⁹ et nulli pōt nocere: vt si iratus homo sup  
amicū suū innocētē tenet gladiū in manu volēs  
eum occidere et dicat tibi. est ne talis in came-  
ra tua ste aut̄ mentiēdo dicēte q̄ nō ille recedet  
et saluabit̄ amicus. te aut̄ verū dicente q̄ sic aut  
etiā tacendo franget ille camerā tuā: et icurrēs

homicidiū interficiet amici tui. tale ergo mē-  
daciū esset officiosum: mēdaciū aut̄ mēdosū est  
quod ex solo appetitu mentiendi fit et nō altius  
grā: mēdaciū vero p̄nitiosū est quod fit i fraudē  
alterius. Adhuc istis modis aliqui duos appo-  
nūt mēdaciōrū modos scz ironici et poeticum.  
ironici vt si pater filiū de aliquo malefcō repre-  
hendēs dicat o q̄ bene fecisti tu es valde bonus  
puer quasi dicat tu male fecisti. tu nichil vales.  
Poeticū vt qñ poete fingūt bruta vel eciā iaiāta  
loqui. Sed putandū est: qd̄ ista non sūt mēdacia.  
Nam licet yronicus sermo ex ipōne verborum  
significaret aliud q̄ sit in re. aut eciā aliud q̄ sit/  
in mente p̄ferentis. tamen ex modo p̄ferēdi et  
p̄pter materiam subiectā significat oppositum.  
et sic significat sicut est in re. et sicut est in mēte  
p̄ferentis. vnde si pater p̄ferret filio ⁊ diceret. O  
q̄ bene fecisti vult per hoc significare q̄ male. et  
hoc etiā filius cōcipit ex verbis patris. illō autē  
sermo significat vnicuiq̄ cur⁹ cōstituit intellectū  
Sermō poeticus nō exprimit ad significandū  
q̄ ita fit nec q̄ audiētēs credant ita esse sicut ser-  
mo eius scdm eius ppriā ipōne p̄tendit. sed ser-  
mo poeticus exemplari⁹ p̄ferē ad facilius intel-  
legendū id qd̄ poeta in poetria intēdit asserit et  
docet. et hoc patet p̄ Añ dicentē in sua poetria.  
Et p̄pter hanc causā vt in docēdo exemplis.  
vt facilius intelligat̄ qd̄ d̄ p̄pter hoc quod i eis  
est delectatio imaginatiōis respicit igit̄ p̄fect⁹  
aia p̄posita scdm delectationē suā quā habet in  
exemplis. Licet aut̄ quattuor p̄dicti mēdaciōrū  
modi sint multū differētes etiā in simplici mē-  
dacio dicit̄ quidā q̄ oē mendaciū est prauū p̄-  
ter tria. primo quia pueritate includit Scdo qa  
iniquitatē. Tercio quia inhumanitatē. p̄mū sic  
patet vti re ad oppositū sui finis ad quē est natu-  
raliter et per consequens diuinitus institutū: sed hoc ita  
fit in oī mendacio quoniā sermo datus est hoī-  
bus sicut dicit Añ primo politice per naturam  
que nihil frustra facit ad significandū veritates  
de delectabili vel tristi cōferenti v̄l nociuo iusto  
vel iniusto et vniuersaliter de bono et malo. ab  
utimur ergo sermonē et ordinem nature pueri  
mus si in falsum vtimur eo. Scdm sic declaratur  
iniquitas dicitur ab in quod est non et equitas:  
quasi nō equalitas. In oībus aut̄ debet esse eq̄li-  
tas scdm rectum ordinem nature. Nam inequa-  
litas appropriet̄ iniustitē scdm pprium nomis  
v̄sum. sed in mendacio est inequalitas sermois  
significantis tam ad conceptum mentis quā ad

rem de qua fit sermo inter que tamē debet esse  
vera equalitas tanquā inter signum et signatū.  
voces enim naturaliter institute sunt vt sunt in  
mediate signa conceptuum: et vt sint mediānti-  
bus conceptibus signa rerum vnde primo peri-  
armenias. Sunt ergo ea que sunt in voce earum  
que sunt in anima passionum note: id est signa  
anime autem passionēs sunt rerum similitudi-  
nes Item quod peius esse videtur inequalitas  
est inter intellectum et voluntatem. intellectus  
enim iudicat vnum et voluntas nititur ad expri-  
mendū contrarium. Tertium vero sic patz  
inhumanum est proximū facere deteriorē: s; ⁊  
qui mentitur facit audientes quantum in ipso  
deteriores. bonum enim hominis consistit in i-  
tellectu et involuntate. bonum autem intellec-  
tus est veritas vt patet sexto huius. propter qd̄ ⁊  
falsitas erit malum eius. mentiens autem quā-  
tum in ipso est audientis intellectum informat  
falsitatem ideo ⁊c. Alii autem bene conce-  
dunt q̄ omne periurium est peccatum quoniā  
si per deum iurauit aut per fidem nostrāz aut  
per sanctos nos assumimus eos tanq̄ falsos te-  
stes quod est eis iniuriosum. Item si iuram⁹  
per corpus nostrū vel animam nostram sēsus ē:  
q̄ ipsum vel ipsam obligamus si non fit ita sicut  
asseruimus qd̄ iterum est periculosum. Scdo  
etiam concedunt q̄ mendacium omne perni-  
osum est peccatum quia iniustum est sicut de se  
patet Tertio etiam concedunt mendaciū mē-  
dosum esse peccatum quia verum scdm seipsum  
amabile est et falsum odibile cum verum sit bo-  
num intellectus sicut in sexto dicit̄: p̄pter qd̄ vi-  
ciosus est appetitus qui delectatur in falsitatem  
scdm seipsam et propter seipsam. Ad huc eti-  
am concedunt mendacium iocolum esse viciū.  
quia cum dictum sit q̄ verum secundum seipsa  
sit laudabile bonus semper maius habebit sola-  
tium in dictis veris iocosis q̄ in falsis. solatia au-  
tem viciosa sunt que malis secundum suam ma-  
liciam exhibentur. Sed magis dubitat̄ de men-  
daciis officiosis vt in exemplo predicto. si enim  
tale mendacium est viciosum hoc non est qa no-  
cet audienti p̄dest enim sibi inquit̄um per mē-  
daciū qd̄ infert sibi modicum malum ipse cui  
tat magnū malum scz homicidiū. de duobus  
autem malis minus malū est eligendū. qm̄ illo  
casu bonū est quo repellit̄ maius malum nec vi-  
de viciōsum quia p̄ficiētem inficiat. nō enī in-  
ficit eum secundum intellectum: quia semper il-  
le verum habet de re conceptum. Neque inficit

appetitū quia in appetitu non est verū neq; fīm. nec videt viciōsū quia inequata fit volūtas rōni optime enim equat ei scit enī intellectus amī cū esse in camera volūtas hoc vult: dato q; si non vellet sed magis vellet eū esse in alio loco tutiori: non ppter hoc erraret. ratio etiam tūc iudicat fīm esse dicendū: qm̄ voluntas hoc vult. ne q; videt viciōsū ex eo q; non est adequatio vocis significantis ad conceptū vel ad rem: hoc ei non est malū rei sigte si signū est fīm. nec est malū voci cum ipsa scōm se non magis sit detmī nata ad hoc significandū q; ad quodcumq; aliud iō etiā nec apparet ibi aliqua pueritas Et si natura dedit nobis pncipaliter sermonē ad significandā vitatē conceptus: tamē licet eo aliter vti in casu Sicut equū quē nobis dedit natura ad equitandū proicimus in mare tempore piculi. non ergo videt magnum preiudiciū nature: si sermone nobis dato vtamur ad illud quod vitale nobis videt. Adhuc autē q; si tale mendaciū est viciōsum: hoc non dicitur nisi ratione appetitus appetentis vel imperantis. Sed appetitus nō videtur prauē appetere vel imperare nisi quia illud quod prauē appetitur vel imperat innaturū est inferre malū aliquod aut anime aut alicui potentie eius aut corpori aut alicui alteri. Sed sermo talis falsus in sensu predicto nulli videtur esse malus vt inductum fuit igitur. Ideo etiā videtur A. d. dicere tercio huius q; qm̄ laudat qui turpe aliquod aut triste sustinent pro magis bonis. modo de vicio nullus laudandus est Et si dicitur A. d. dicit mendaciū per se prauū et perse supponit de omni primo posteriorib; pōt dici q; perse in demonstratōibus propriissime dictis de quibus illo loco loquitur A. d. supponit de omni. s; in naturalibus demonstrationibus et magis in moralibus sufficit q; sit in pluribus Et commentator ostendit bene scō celi in fine quomodo accidentium naturalium quedam sūt separabilia quedā non tamen accidentia naturalia sunt accidentia perse cuz per naturalia sunt que est de substantia rei. Si tū nos concesserimus q; mendaciū sit scōm seipsū turpe ita q; ab ipso sit inseparabilis turpitudine: propt eius difforme esse primo principio: quod est sincera veritas ex quo videtur q; omne mendaciū se deo opponat dicendum q; nunq; erit opportunitas mentiēdi. non enim mala faciendā sūt vt eueniant bona: propt quod A. d. sexto huius capitulo de eubulia dicit q; in exquisitōne consiliatiua contingit non bene sillogizare vel propt sibi prauum assu-

mere finem vel propter mediū esse prauū ad bonū propter quod non est eubuliat dicit fīm quam q; oportet quidem adipiscī non quide; propt quod oportet. Et puto q; ista via est tutior. vnde A. d. multū extollebat vitatē super a miciciā pmo huius. et idem fecit plato et aliorū plurimi philosophorū. Quod autē dicit A. d. tercio huius qm̄ laudant qui turpe aliquid operantur pro magis bonis: deb; intelligi non de turpitudine viciōsa. sed ignominiosa tantū vt si qs propter ipsius et amicorū suorū redemptionē nudus incedēs portā vga in manu emendā offert inimicis. Nec val; inductio facta superius. quoniam licet sermo talis sit vtilis multū audienti et amico: tamen ex eo inficitur anima proferentis et quantum ad partem rationales iudicantē illud oportere sc; mentiri quod nunq; oportet et quantum ad appetitū eligentem mediū prauū ad finem bonum: quod nunq; est faciendū. verū est tū q; inter cetera mendaciā minimū est pctm̄ mendaciū officiosū et est de his in quibus venia ē et non laus. Sed tū occurrit dubitatio vtrū omne mendaciū peccet cōtra virtutē illā quā A. d. vocauit vitatē. Ad quod dicit cōiter q; non s; mendaciū iocōsū contra eutrapeliā/mendaciū pncipiosum contra iusticiā/mendaciū amafiorū cōtra temperantiā qm̄ sicut dicit tercio huius finis operationis omīno est qui scōm habitū. detmīat enim vnūquodq; finē. propter q; etiā dicit q; rto huius q; qui dat nō boni grā s; propt aliqua aliam causam: non liberalis sed aliū quis dicit Et etiam qm̄to huius dicit si hic quidē lucrandi gratia mechat et accipiat hic aut apponēs et iacturaz faciens ppter cōcupiscentiā: iste qdem luxuriosus vtiq; videbit magis q; avarus. ille aut iniustus luxuriosus aut non. Itē A. d. detmīans de ista virtute sc; de vitate et viciis oppositis excludit verum quod spectat ad iusticiā dicens non enim de veridico in cōfessionibus dicimus neq; quecumq; ad iusticiam vel iniusticiam contendunt: alterius enim erit virtutis. sed in quibus nullo tali differente et in sermone et in vita verum dicit: eo q; talis est secundum habitū.

Itē ista virtus est inter iactantiā et ironiā. que non hab; locū circa oēm materiā circa quā cōtingit et vni dicere et mentiri: ergo nō omne verū spectat ad hanc virtutē. nec omne mendaciū opponit ei. Alii tū dicunt oppositū pmo quia A. d. detmīans de vicio quod peccat contra istā virtutē in excessu ponit plures modos. dicens maiora aut exitibus fingens nullius gratia prauo

quidē assimilaf. nō enim vtiq; gauderet mēdacio. van⁹ aut magis videt q; alius et hoc videtur punire ad mendaciū mendosū. deinde dicit. Si aut gratia alicuius qui quidē glorie v; honoris nō valde vitupabilis. vt iactor/ ecce q; iste modus videt ptnē ad materiā magnaimitatis v; philotimie et viciōs; eis oppositorū. Deinde addit A. d. q; cumq; aut argenti vel q; cumq; in argētū difformior. ecce q; iste modus spectare videt ad auariciā/ ita igit videt et in aliis. Itē non potest bene assignari contra quā virtutē peccaret mendaciū officiosū vt in prius dicto exemplo/ quia nō apparet contra quā altā virtutē neq; cōtra istā quia neq; iactantiā est in tali mēdacio neq; ironiā. Itē mendaciū mendosū pōt esse de trufis extraneis que non sūt matia alicuius alterius virtutis/ nec etiam spectat ad iactantiā vel ironiā igit non esset assignare. cōtra quā virtutē peccat tale mendaciū. Itē virtutes sūt adinuicē conuexe sexto huius. ergo non esset tempatus qui ppter lucy mechare non ergo videt incōueniens in eodē ope plura cōcurrē vicia diuersis virtutibus opposita/ lic; vnū sit pncipaliter gratia cuius alia cōcurrūt. diceret ergo q; solū mendaciū mendosū est illud quod p; se peccat cōtra istā virtutē omnia aut alia mēdacia scōm q; mēdacia sūt peccat cōtra istā virtutem sed in quā tū sūt gratia alterius peccat simul et pncipaliter contra aliā aliquam virtutem. ideo dicit A. d. de illo qui habet istam virtutem: videbitur vtiq; talis moderatus esse amator enī veri et in quibus non differt verū dicit et in quibus differt adhuc magis. Nec videtur cōcludē rationes ad oppositum adducte. Ad pma; rationē dici pōt q; in eodē ope pluravicia concurrūt tamē pncipalis denoiatio est ab illo grā cuius alia sunt. hoc tamen nō obstante alia sunt ab eo distincta formalit. Ad aliā dicendū est q; A. d. excludit vni ptnens ad iusticiā nō quia non spectat ad istā. sed quia pncipaliter ad iusticiā. Ad aliam dicendū est q; istā virtutē ponit A. d. iactantiē medietatē quia mendaciā mēdosa que precise peccant contra istā virtutē sepius fiūt circa materiam circa quam contingit iactantiā et ironiā q; circa aliā materiā nō tū excludē volebat aliā matiam. ideo postea non solū scōm excessū opponit isti virtuti iactantiā. sed etiam mendaciū quod nullius gratia fit et quod fit argenti causa.

Veritur decimo nono: Vtrū eutrapelia sit virtus moralis? Videtur q; non

quia est circa ludos circa quos nulla videtur esse virtus moralis. propter plura quia omnis ars et virtus sunt circa difficile scō huius: s; ludē nō est difficile quia ludere sciunt et bruta et pueri.

Item opus virtutis est felicitas vel ad felicitatem ordinat: ludere aut nō est felicitas vt notū est nec ordinat ad felicitatē. quia dicit decimo huius q; actiones ludi nō ordinat in aliqd aliq.

Item ludere est opus intemperati et mollis vt dicit septimo huius. hoc autem nō est virtutis.

Item sequeret q; magis esset viciōsior qui melius sciret ludere: et sic histriones essēt ceteris viciōsiores Item videt dicere A. d. q; ludi fiunt derisorie ridiculo et cōuicio: hoc aut oia sonant in malum Item circa illud nō est virtus moralis circa q; nō cōtingit prauē excedere et prauē deficere: cum virtus consistat in medio duarū maliciarum: sed primo videt q; in ludo non sit prauus excessus quia histriones maxime supfluit in ludo. quia quasi totam in eo consumunt vitam suam tamē nō peccant in hoc pbatio q; oēs etiam peccarent qui eorū ministerio vterēt aut ipsi aliqua largirent tanq; peccati fautores. quod non videt esse dicendū Item in illo non videt esse peccatum fīm excessum q; excusat a peccato. vni enim pctm̄ nō excusat alterū ppter q; dictum est tercio huius peccantes ex ebrietate duplici pena puniendos esse. sed ludē excusat a peccato. quia multa sunt que si seriose fuerint graui ter punirent que facta in ludo nō reprehendūt. videt etiā q; defectus ludi nō sit vitupabilis q; ad operari fīm virtutem nō nocet: imo requiritur mentis maturitas que vel excludit ludū vel eū non requirit: cum ludus in quadā mentis vagatione consistat Oppositum ponit A. d. Primo videndū est q; contingit defectū ludi esse viciōsum. Secundo q; etiam contingit excessum esse prauum. Tertio concludet ex hoc q; eutrapelia est virtus moralis. Primum sic patet quilibet experiri pōt. q; sicut per longam et continuam operationem corporis exteriorēz membra lassantur propter quod indiget requie corporali. sensus enim nostri lōge vigiliē vsu lassantur propter quod indigent somno quo ab opere quiescant. ita et secundum longam et studiosam attentionem interiorēz virtutes interiores animales lassantur. propter quod requies i eis est necessaria. Nam sicut dicit Aristoteles i de somno et vigilia. Quorumcumq; est aliquod op⁹ secundum naturam cum excesserint tēp⁹ in qto possūt illud facē necesse ē deficē. huic at lassitudi:

que fit per attentionem studiosa remedium non est quies corporis quam et quiescente corpore talis potest aggrauari potest assignari lassitudo nec huic remedium est sompnus. Nam sompnus remediatur in sensibus exterioribus etiam sine quacumque interiori attentione lassati imo experti sunt qui cum diligentia studere solent: quod non statim possent uti somno sine somniis mirabilibus et aliquando terribilibus propter imaginatiue commotionem. oportet igitur tali lassitudini remedium esse sibi contrarium sicut ergo lassamur per profundam mentis attentionem qua spiritus animales in organis virtutum interiorum commouentur et resoluuntur ita oportet quod per mentis dispersionem vagationem reducamur. mens autem interior maxime vacat circa ludos propter quod ludi sunt utiles hominibus sicut dicit Albertus ne sibi mens efficiatur inutilis. Et hoc iterum patet quia cum deus et natura nihil frustra faciant primo celi. natura non dedisset nobis tantam inclinationem ad ludos: nisi nobis in aliquo profuissent. Ex quibus manifeste apparet quod aliquando contingit prae deficere circa ludos. et unicuique patere potest quomodo quibusdam non est decens quod semper voluit esse quasi istis sine solatio. non enim est cum eis facile conuersari. de hoc autem satis loquitur Seneca in libro de tranquillitate animi dicens sicut fertiles agros cito exhauriunt nunquam in terra secunda: ita animorum impetus assiduus labor frangit vires recipiant paulum resoluti et remissi. nascitur ex assiduitate laborum animorum ebrietatio quedam et langor nec ad hoc tanta hominum cupiditas tendit nisi naturalis quaedam voluptas habet lusum. Et addit legum conditores festos instituerunt dies ut ad hilaritatem homines publice congregentur. tanquam necessariis laboribus impo- nentes temperamentum. Secundo potest videri quod excessus in ludo est multipliciter viciosus. primo quidem: quia sicut vigilia est nobilior somno et finis eius sita opera seriosa et attentiones studiose nobiliores sunt mentis vagatione et ludicris operationibus et sunt tanquam fines earum. igitur stare multum in ludis est tempus amittere et melius pro minus bono dimittit et ipsiusmet ludi sine debitum auferre et per consequens auferre quod boni innatus erat habere. nihil enim est bonum nisi propter causas finales commentator secundo methaphisice. Unde Seneca in libro de tranquillitate animi dicit ludi iocisque frequens usus omne anime pondus omnemque vim eripiet. nam et somnus refectioni necessarius est. hanc tamen semper si die nocte quod continuus mors erit multum interest remittas aliquid aut soluas

Et Tullius primo de officiis dicit ludo quidem et iocovti licet: sed sicut somno et quietibus ceteris tunc cum grauius feris rebus satifecimus. Item circa ludos cadit error sepe propter modum et circumstantias. viciosus enim est ludus si turpia verba et illicita intemiscantur unde septimo politice totaliter igitur quidem turpilorumque ex ciuitate sicut aliquid aliud oportet legumlatore exterminare ex differentie enim de facili quodcumque turpium fit et ipsi facere propter viciosus etiam est si non fit conueniens statui planarum. non enim decet dominum dicere multa que deceret seruus neque senem quod iuuenem. non est etiam bonus si sit iniuriolosus impertunus. si non obseruet tempus et locus et sic de aliis circumstantiis: ut per se notum est. Ex dictis concluditur quod eutrapelia est virtus moralis quia circa illos actus humanos indigemus virtute dirigente et inclinante nos ad medium circa quos contingit excedere prae et deficere viciose: sed hoc contingit circa ludos ut dictum est. ergo circa ludos indigemus moralis virtute. hanc autem vocamus eutrapeliam ideo et cetera. Dicitur autem eutrapelia ab eo quod est bonum et trepo pas quod est verto vertis quasi ad iocunditatem conuenientium benevertens facta et dicta ipsorum. Ad rationes ad primam dicendum quod licet ludere sit facile: tamen ludere bene scilicet in medio rationis in omnibus circumstantiis est bene difficile. ideo conceditur quod ludere absolute non est virtus sed ludere quae oportet et quando et ubi et sicut et cum quibus oportet et hoc non est pueri neque bruti. Ad aliam dicendum quod ludere in multis non ordinatur ad aliud quam ad delectationem que est in ludo: sed tunc non est opus virtutis potest tamen delectatio que in ludis est intendi propter refectionem virtutum interiorum. ut inde postea magis possint in suas operationes et hoc bene ordinatur ad felicitatem: et sic potest esse actus virtutis. Ad aliam dicendum est quod ludus imoderatus et ultimatus sine intentione propter delectationem quam in eo est est intemperatus et mollis ideo sic non est virtus. Ad aliam potest dici quod in secundo libro dictum fuit quod ad virtutes scire quod parum aut nihil prodest: alia autem non parum sed omnia possunt. Vel dicendum est quod scire ludere per arte facit ad virtutem: imo tales communiter peccant secundum excessum. sed scire per prudentiam ludere scilicet scire quando ludere oporteat et quantum et quomodo et quibus et cetera pertinet ad virtutem. sic autem non sciunt histriones. Ad aliam dicendum est quod si derisiones et ridicula conuicia fierent ad in honorationem vel alicuius scandalizationem: tunc non sunt virtutes sed malicie. si tamen verba in modum conuicia vel derisionis proferrunt: talia tamen que nullo modo sunt

contra honorem conuiciati nec in quocumque malum ei vel audientium conuerti possunt tunc potest viciu non esse malicie sed virtutis aliter non. Ad aliam dicendum est quod excessus viciuosus non sumitur secundum rem sed ad nos. ad histrionem autem spectat ludere ad iucundum sibi necessarium et omnibus sibi conuenientibus impendere solacia ideo si sepe et multum ludit non excedit medium rationis. sed excederet si in ludis suis vteretur turpilorumque. vel si ultra voluntatem luderet eorum quibus seruit. aut si delectationem quam haberet in ludendo sibi finem statueret ultimatum aut aliquo alio triumpho modo. Ad aliam dicendum est primo quod ludus non excusatur a peccato circa actum scilicet se primum cuiusmodi sunt adulterium furtum homicidium sed accusatur: sed in his solis que peccata non sunt nisi propter intentionem prauam facientis vtpote si fiant in contemptum legis vel in proximi iniuriam ludus excusatur pro quanto ludi intentio ad delectationem fertur non autem ad iniuriam vel contemptum. nec iterum excusatur aliquem ludum illicitum aut non circumspicimus vel illis displicens ad quos fit. Ad aliam dicendum est quod mentis maturitas aliquando omnem exciudit ludum sed non semper ut dictum fuit: ideo tempus erit cuius alius circumstantiis obseruandum. et sic est finis questionis.

Veritur vice simon virtuosus fit aliquando verecundari. Et arguitur quod sic quanto huius magnanimus potest esse beneficium. beneficium autem verecundari: et tamen dicitur ibi quod magnanimi esse videtur quod in vna quaque virtute magnum et quod magnanimus si quidem in maximo virtus est aliquando verecundari. Item erubescencia que pro eodem verecundie capit scilicet rhetorice sicut ibidem describitur. Erubescencia est quedam tristitia et turbatio circa ea malorum aut presentium aut factorum aut futurorum que videntur ferre in gloriationem: sed virtuosus circa talia tristari et turbari potest ergo verecundari. melior patet quia primo huius dicit Aristoteles quod mala accidentia bono tribulant et conturbant beatum. tristitias enim inferunt et impediunt multis operationibus. Iterum licet virtuosus non sit operari turpia circa que est verecundia: tamen possibile est quod eius vxor vel filii vel amici de quibus ipse curat talia operentur. sed secundo rhetorice dicit Aristoteles necesse erubescere quidem in talibus malorum que videntur esse turpia ipsi autem his de quibus curant ideo et cetera. Iterum dicit Aristoteles secundo rhe-

torice quod non solum opera turpia sunt erubescencia sed et signa ipsorum. sed victorum signa possunt contingere virtuosus ut si maliciose quis in pera alicuius sancti viri ciphu posuerit argenteum: et hospite insequente ciphus inuenietur erit. et enim signum furti illi propter quod inde forte mortem incurreret. Iterum quicquid habet in se pendenda potest verecundari si quocumque casu contingat ea reuelari. hoc experimur sed virtuosus habent ergo et cetera. Iterum virtuosus conuenit virtus omne quod est virtutis. sed verecundia potest esse virtutis: quia in passionibus et operationibus humanis medium laudabile inter accessum et defectum vituperabilis est virtus vel virtutis ut patet ex diffinitione virtutis. sed Aristoteles dicit secundo huius quod medium secundum verecundiam laudatur. extremi autem vituperantur: puta cataplexis et inuerecundus. Et confirmatur: quia virtus est cuius vicia opponuntur ut extrema medio. sed verecundie tanquam medie opponitur cataplexis et inuerecundia que sunt vicia extrema. et de his vituperantur igitur et cetera. Iterum dicit Aristoteles quarto huius quod verecundia est timor ingloriationis sed cuius est appetere gloriam et honorem eius est timere ingloriationem. sed virtuosus puta magnanimi est appetere gloriam et honorem tanquam quandam felicitatis decoris igitur et cetera. Oppositum dicit Aristoteles. Sciendum est quod verecundia vno modo capit pro actu quoaliquem verecundari dicimus. et sic describitur Aristoteles. eam: quod verecundia est timor ingloriationis. et secundo rhetorice quod est tristitia quedam et turbatio circa ea malorum que videntur inferre ingloriationem. Alio modo capitur pro habitu vel dispositione naturali ad talem actum inclinante secundum quem iucundem aut aliquem dicimus verecundum etiam quando dormit. Dicendum est ergo primo quod verecundia pro naturali inclinatione potest conuenire virtuosus. quoniam talis inclinatio videtur virtuosus imanere si non tollatur per habitum consuetudinalem virtutis sed non tollitur. quoniam et licet virtus moralis preseruet ne aliquae naturales inclinationes transeat in suos actus: tamen illas non extinguit cuius signum videmus quod si aliquis a natiuitate ad luxuriam fuit inclinatus et sub bono regimine fuerit nutritus tempore longo ut optimorum appareat esse morum: si postmodum prae conuersatus cecidit in peccatum: videmus citissime deteriorationem eum fieri quare plures alios qui sine regimine et absque bono more nutriti sunt quod non videtur accidere: nisi quia dispositio



que sit per attentionem studiosa remedium non est quies corporis quam et quiescente corpore talis potest aggravari potest assignari lassitudo nec huic remedium est sompnus. Nam sompnus remediatur in sensibus exterioribus etiam sine quacumque interiori attentione lassati animo expti sunt qui cum diligentia studere solent: non statim possent uti somno sine somniis mirabilibus et aliqui tribulibus propter imaginatiue commotionem. oportet igitur tali lassitudini remedium esse sibi contrarium sicut ergo lassamur per profundam mentis attentionem qua spiritus animales in organis virtutum interiorum commouentur et resoluntur ita oportet quod per mentis dispersionem vagationem reducamur. mens autem interior maxime vacat circa ludos propter quod ludi sunt utiles hominibus sicut dicit albertus ne sibi mens efficiatur inutilis. Et hoc iterum patet quia cum deus et natura nihil frustra faciant primo celi. natura non dedisset nobis tantam inclinationem ad ludos: nisi nobis in aliquo profuissent. Ex quibus manifeste apparet quod aliquando contingit prae deficere circa ludos. et viciu quod patere potest quomodo quibusdam non est decens quod semper voluit esse quasi istis sine solatio. non enim est cum eis facile conuersari. de hoc autem satis loquitur Seneca in libro de tranquillitate animi dicens Seneca fertiles agros cito exhaurit nunquam inmissa fecunditas: ita animorum impetus assiduus labor frangit vires recipiant paulum resoluti et remissi. nascitur ex assiduitate laborum animorum ebrietas quedam et languor nec ad hoc tanta hominum cupiditas tederet nisi naturalem quaedam voluptatem haberet lapsus. Et addit legum coditores festos instituerunt dies ut ad hilaritatem homines publice congregentur tanquam necessariis laboribus impo-nentes temperamentum. Secundo potest videri quod excessus in ludo est multipliciter viciosus. primo quidem: quia sicut vigilia est nobilior somno et finis eius: ita opera seriosa et attentiones studiosae nobiliores sunt mentis vagatione et ludicris operationibus: et sunt tanquam fines earum. igitur stare multum in ludis est tempus amittere et melius pro minus bono dimittit et ipsiusmet ludi finem debitum auferre et per consequens auferre quod boni innatus erat habere. nihil enim est bonum nisi propter causas finales commentator secundo methaphisice. Unde Seneca in libro de tranquillitate animi dicit ludi iocum frequens usus omne anime pondus omnemque vim eripiet. nam et somnus refectioni necessarius est. hunc tamen semper si die nocte quod continuis mors erit multum interest remittas aliquid aut soluas

libro in scōo et in sexto. oport3 p̄mo scire q̄ vtus moralis a more dicit̄ quia ex more fit ut dicit̄ scōo huius. Sed aliq̄ dicit̄ q̄ mos dupliciter accipit̄. vnōmō mos idē est q̄ cōsuetudo. sicut dicit̄ mos est illius patrie. Aliomō idē est q̄ inclinatio naturalis vel quasi naturalis ad aliq̄d opandum. sicut dicimus q̄ mos canis est latrare. ergo q̄ ad talē actū naturalit̄ inclināt. dicit̄ igit̄ isti q̄ vtus moralis dicit̄ a more put significat quādā inclinationē naturālē. ppter q̄ tullius in sua rhetorica dicit̄ q̄ vtus est habitus. i. inclinatio habitualis mō nature rōni cōsentaneus. Et quia inclinatio ad aliq̄d opandū non p̄prie p̄tinet ad intellectū sed ad appetitū: qm̄ ipius intellectus est iudiciū de opationibus scil3 quid et quō sit opandū. s3 ipius appetitus est inclinatio sine tendentiā ad illud opandū q̄ est rōne sententiāt̄: ideo vtutes ille sole dicunt̄ p̄prie morales: que sunt in appetitu. et nō ille que sunt in intellectu. sicut ergo est bona diuisio q̄ vtutū humanar3 quedā sunt in intellectu et alie in appetitu: ita bñ dicit̄ q̄ aliq̄e sūt morales et aliq̄e intellectuales. Sed cōtra illū modū dicendū videt̄ esse p̄mo illud q̄ dicitur scōo huius. vbi cū A. r. dixisset q̄ vtus moralis ex more fieret nō a natura. declarās hoc postea dixit sed innatis quidē nobis suscipe eas perfectis aut̄ per assuetudinē ergo videt̄ q̄ per morē A. r. intēdebat assuetudinē cum dixit vtutē moralē fieri ex more ideo etiā post dicit̄ A. r. et assueti timē vel cōfidere hi quidē fortes hi autem timidi sūt. Itē cū in scōo huius hoc A. r. pbare voluisset q̄ vtutes morales non insunt nobis a natura dixit sic moralis vō ex more fit. ex quo manifestum est q̄ neq̄ vna moralū virtutū natura nobis insit. nullū enī natura existentū aliter assuecit. modo ista rātio nulla esset nisi mos pro assuetudine caperet̄ et idē exprimit̄ A. r. in primo magrum moralū. Itē fm̄ istā opinionē omnis habitus in appetitu inclinās ad aliq̄d opandū: esset habitus moralis. q̄ non est vñ. quia dicit̄ scōo huius q̄ neq̄ vna virtutū moralū natura nobis inest. et suppleri pōt q̄ neq̄ vlla malicia. et tñ in sexto dicit̄ q̄ in pte appetitiua sicut in opinatiua est ponē et vtutem naturālē et vtutē p̄ncipalē. quā quidē vtutem naturālē dicit̄ a natura nobis inesse cōfestum a natiuitate. S3 forte q̄ aliq̄s obicit̄ dicens dñe tu negas illā virtutē naturālē que ponit̄ in appetitu esse moralē. Contra quā A. r. eam moralē vocare videt̄. dicit enim sic omnibus enī videtur singulos mo

Nullū? sua rhetō.

bo. dno.

res existere natura aliquantulum. vide quod ipse dicit mores: dicit etiam postquam admodum in opatiuo due sunt spes. sic in morali due sunt hec quidem naturalis hec autem principalis. vide quod ipse dicit in morali. Ad hoc breuiter dicendum est quod inclinationes (quas a naturam habemus) non sunt mores proprie. sed mores dicuntur secundum similitudinem eo quod ad similitudinem morum inclinatur. Alii autem dixerunt quod habitus intellectuales non generantur in nobis ex assuetudine. sed ex naturali inclinatione intellectus ad intelligibile quibus ad principia omnino prima. vel per experientiam quibus ad multa principia que aliter sciri non possunt. vel per doctrinam rationatua deducendo conclusiones ex principiis. unde Aristoteles in hoc sexto dicit quod iuuenes bene sunt geometrici et disciplinati in talibus scijs. sed non prudentes et cum dixisset ipsos prudentes non fieri. dedit causam non ex defectu consuetudinis. sed ex defectu experientie. dicens causa autem est quod singularium est prudentia que sunt cognita ex experientia. iuuenes autem experientiam non est. multitudo enim temporis facit experientiam. et propter idem non potest esse aliquis medicus bonus aut nautigator bonus. sine multis operatiombus: ex quibus experientia accipitur de casibus particularibus contingebus. sic etiam nullus fit bonus chitarista sine multis citariationibus: et illud non est ex parte intellectus. quia homo in operatione post se doceri et scire. quia primo oportet cordam percutere: et quia seculo. sed frequentata operatio requiritur. ut ad se operandum organum corporale puta manus per assuetudinem agilitetur. Si igitur hoc ita concessum fuerit virtutes intellectuales non erunt morales neque morales intellectuales. et ita non coincidunt membra diuisionis. Ille autem virtutes (quas in isto sexto vocat Aristoteles naturales: non sunt hominibus proprie. dicente Aristoteles. etenim pueris et bestis naturales existunt habitus. propter quos humane virtutes erunt omnes aut morales aut intellectuales. et ita licet non quecumque virtutes sunt humane. id est que hominibus proprie sunt bene diuiduntur in morales et intellectuales. quia membra diuidentia non coincidunt. et totum diuisi ambitum euacuatur. Et si non placet ista via: tamen propinqua ei videtur aliquibus esse concedenda. videtur enim quod non solum potentie non cognitiue ipsius anime assuecunt: sed etiam potentie cognitiue. quod Aristoteles. vel videtur secundo methaphisice: dicens namque consueuimus ita designari dici. et que preterea non similia videntur sed propter consuetudinem minus nota et magis extranea. Et commentator in plogo tercii philosophi dicit consuetudo est maxima causa impe-

diens a rebus manifestis per se. admodum enim homo quando fuerit assuetus ad aliquas actiones licet noceant sibi: erunt faciles ei et credit quod sint utiles. similiter cum fuerit assuetus credere sermones falsos a puericia: erit illa consuetudo causa ad negandum veritatem. hoc etiam experientia manifestare videtur. multi namque moderatos et magnos in tamen aliquibus opinionibus adhererunt quod nihil eis contrarium audire possunt quamcumque forte probabilis fuerit suis opinionibus. si ergo hoc ita concessum fuerit: tunc manifestum esse videtur quod in potentiis appetitiuis nullus preter eos qui a natura sunt generatur habitus nisi per assuetudinem. quia non cognoscunt propter quod neque doctrinam recipiunt nec experientiam ideo virtutes hominum potentiari si non sunt a natura: erunt principaliter ex assuetudine. propter quod vere et proprie morales dicuntur. Sed in intellectuua potentia non solum ex assuetudine sed principaliter ex doctrina vel experientia habitus generantur. imo forte videtur intellectualis adhesio que ex consuetudine habetur sit firmitior: illa que habetur ex ratione. tamen non est perfectior nec conuenientior ad optime operandum: quod maxime videtur esse notum in prudentia que est humanis operum directiua. tanta enim in rebus humanis contingit diuersitas ex circumstantiis quod quasi nunquam est eodem modo operandum. sed oportet secundum exigentiam circumstantiarum aliud opus vel alium modum concludere ratiocinando per ipsam prudentiam ex practis principiis. quorum principiorum plura est necesse nota fieri per experientiam similiarum casuum vel proportionabilium. habitus autem ex assuetudine nobis generatus (cum assuetudo fiat ex similibus operibus) semper inclinatur ad opera similia. propter quod non videtur prudentia per assuetudinem nobis inferri principaliter sed per experientiam et doctrinam rationatua. Item si prudentie conclusionibus assuetemur per assuetudinem: sequeretur quod nec prudentia esset certa regula operum humanorum: nec haberet regulam per quam dirigeretur quod est inconueniens. consequentia patet. quia sicut veris principiis possumus adherere per assuetudinem: ita et falsis sicut dicit Aristoteles in secundo methaphisice et commentator in plogo tercii philosophi. oportet igitur aliter fieri directionem operum humanorum: videlicet quod ex natura rei quedam principia non solum in speculabilibus sed etiam in practis sunt nobis cognita naturaliter. scilicet ex sola naturali inclinatione intellectus ad ipsum verum. aliquando etiam sunt nobis nota

per experientiam: scilicet quia contra vidimus ex tali operatione tale vel tale consequi malum. concedimus tanquam principium: quod ex tali opere detrimetur inuatum est accidere. ex his igitur principiis sic habitibus ortus ex natura rei ratiocinando (si potum non fuerit in forma ratiocinationis) semper innate sunt conclusiones inferri consone nature rei. illis igitur conclusionibus non ex assuetudine assuetemur. sed propter ratiocinationem ex principiis acceptis a rebus natura per experientiam propter quod apparet quod primum directiuum operum humanorum debet esse rebus natura. a qua principia practica habent ortus. ideo dicitur septimo politice. quod nihil bonum est eorum que preter naturam sunt. Secundum directiuum est ipsa practica principia. Tertium directiuum est ratiocinatio per quam ex dictis principiis conclusiones practice deducuntur. de hac autem ratiocinatione dicit Seneca epistola clarana ad Lucillum. bonum sine ratione nullum est. quid ergo est ratio nature imitatio. hanc ratiocinationem tanquam prudentia per eam non per assuetudinem nos ad verum inclinatur et determinatur: extollit Aristoteles. mirabiliter in epistola quedam ad alexandrum dicens adhuc atque testimonio non immansuetum est quod eos quidem qui ratiocinatione vtuntur et cum hac omnia volunt agere tanquam existentes bonos et optimos laudamus: eos autem qui sine ratiocinatione aliquid faciunt tanquam existentes rudos et bestiales odimus: per hanc etiam malos ipsorum malicia manifestantes punimus et bonos ipsorum virtutes declarantes zelamus. sic et futurorum malorum dissuasionem inuenimus et existetium bonorum promotionem ad melius habemus. et per hanc etiam subuenturas tristitias effugimus. et non obfuturas nobis utilitates acquirimus. Quartum directiuum est conclusiones practice per hominum ratiocinationem inueniente et concludere. Quintum directiuum sunt virtutes morales per assuetudinem inclinantes appetitum ad exsequendum id quod ratione decretum est et ad expectandum semper in suis motibus et operationibus iudicium rationis sic enim nature consonant omnes nostre operationes. Ergo si assuetudo aliqua concurrat ad habituum intellectuum generationem et confirmationem: tamen non ex assuetudine principaliter generantur sed per experientiam vel doctrinam. propter quod habitus intellectuales non dicuntur morales. sed contra morales merito distinguuntur. Tunc secundum secundam viam ridentem est ad rationes. Ad primam dicendum est quod ille virtutes naturales non sunt morales nec sunt intellectuales sed etiam nec debent dici humane proprie. quia pueris conueniunt et bestis sicut dictum fuit. Ad aliam rationem que erat de artibus satis appet ex po-

sitione quod sit dicendum. Ad aliam que dicebat ad morale non pertinere nisi de moralibus virtutibus: potest dici quod imo de prudentia. inquam ipsa est directiua virtutum moralium modo predicto. de aliis autem habitibus intellectualibus forte non multum spectat ad morale nisi ad notificandum prudentiam per eius conuenientias et distantias ad ipsos. Ad aliam dicendum est quod in voluntate et in appetitu sensitiuo oportet ponere virtutem morale non forte necesse ad bene operandum sicut bene ratio concludit. sed ad firme immobiliter faciliter et delectabiliter bene operandum. Nam sine habitu esset difficile resistere singulis passionibus appetitus sensitiuus. et esset periculum ne voluntas aliquando se prmitteret inclinari apud fortissimos impetus passionum. hec autem que sic dicta sunt licet habeant apparentiam: tamen non ex toto vera esse videntur. oportet enim ponere differentiam inter habitus et actus illos ex quibus generantur. videmus ergo quod actus appetitus siue elicitus siue impati non generantur per assuetudinem. sed sunt semper in nostra potestate obiecto presente et cognito et non interueniente impedimento extrinseco. habitus autem in appetitu nostro generantur ex assuetudine. pro tanto quia non firmantur et perficiuntur in nobis nisi per actuum frequentationem. hoc enim vocamus ex assuetudine generari. ita etiam videtur quod in intellectu actualis conclusionum aut principiorum noticia non ex assuetudine sed per experientiam vel doctrinam vel hominum viam aliam generatur. habitus tamen qui cessante actuali consideratione maneret non sic sed firmantur et perficiuntur per frequentatam considerationem. propter quod videmus multos acutissimi ingenii nunquam ad habitum posse peruenire. quia nolunt illam noticiam quam per doctrinam cito et faciliter capiunt frequentare. de quibus dicitur communiter quod quicquid per verum aurem intrat exit per alteram. videtur ergo quod vniuersaliter habitum generari proprie siue in appetitu siue in intellectu sit per assuetudinem hoc est per actionem seu operationum frequentationem multiplicatam vel si quis aliquid ipsius habitus acquiratur: tamen siue assuetudine hoc est siue actus frequentatione nec in appetitu nec in intellectu habitus firmatur et perficitur. Quod autem nos dicimus scijs acquiri per doctrinam sic habet veritatem quia ipsa scilicet nobis acquiruntur per frequentationem actuum qui per doctrinam generantur. Ex quo patet quod rationes pre cedentis opinionis nihil interimunt eorum que nunc dicta sunt. nam a principio nos conclusionibus aut principijs assentimus per ratiocinationem aut ex-

50.  
6. eth.  
Animo.  
2. meth.  
toz plogo 3.  
p. 17

perientia. et cum huiusmodi rationationes et experientias frequentamus. habitus quidem firmat in nobis quo quod volumus prompte rationamur. et quo conclusionem cui sepe per rationationem adhesimus: etiam sine actuali ratione concedimus. unde concedendum est quod dubiis acquiescere propter consuetudinem acquirat non ex frequenti rationatione. sed ex frequenti audire terminum non est prudentia. propter quod Aristoteles non immerito rationationem extollit. dicendum est igitur ad questionem propositam quod diuina virtutum humanarum virtutes intellectuales et virtutes morales appetibiles est bona quod satis appetit in opinione precedente. Aristoteles autem semper per virtutes morales intendebat non virtutes intellectuales: sed precise virtutes morales appetitus. propter quod patet quod finis eius intellectus diuinus erat bona: nec aliquid remanet dubium. nisi quare per virtutes morales voluit magis intelligere virtutes appetitus quam virtutes intellectus: cum utroque per consuetudinem acquirunt. Ad quod dici potest quod nomina verba signant ad placitum. si igitur pores vbi sic erant istis rationibus licuit Aristoteles sic vti eis. et forte causa talis usus fuit quia appetitus ad acquirendum sibi virtutem pluri indiget exercitatio et maiori assuetudine quam intellectus. vel forte quod nomine moris proprie non utimur pro omni consuetudine sed pro illa solum que modo nature inclinatur. appetitus autem cum non cognoscat magis inclinatur modo nature: quam intellectus. vel ut quidam dicunt quia virtutes intellectus nomine proprio finem suum dicunt sicut intellectuales idcirco virtutes appetitus conueniunt nomini sibi tanquam proprium assumpserunt. vel ut puto quia per vnicam demonstrationem: intellectus dicitur vni sine formidine: licet habitus non firmetur. sed appetitus per vnicam actum non inclinatur ad opus virtutis immobiliter et sine rebellionem. Non fit ergo cura de nominibus sed nobis vidisse sufficit quod intellectuales virtutes non sine assuetudine perficiuntur et firmanter. Quod autem ad aliam dicendum sit apparet tamen ex nunc dictis quam ex dictis in opinione precedente. Hec de questione.

Veritur scilicet: Virtus mediū virtutis sit illud signū ad quod respiciēs habens rationem intendit et remittit in ope morali? Arguitur quod sic quia ad illud oportet habentem rationem aspici cuius virtus est coniectrix et electrix. quia sicut dicit Aristoteles. eadem oportet ratione dicere appetitum persequi. sed virtus est coniectrix et electrix quia sicut dicit Aristoteles. mediū virtutis. ergo etc.

Item sexto huius dicitur quod virtus intentionem facit rectam. hoc autem non videtur esse nisi quia oportet ad illud medium cuius ipsa est coniectrix

intendere et aspiciere. igitur etc. Item scilicet huius declaras Aristoteles. quod virtus sit mediū coniectrix dicit. quod omnis scientia sic opus bene perficit ad mediū respiciēs et in hoc ducēs opera. virtus autem omni arte certior et melior est: mediū virtutis erit coniectrix. ergo videtur quod mediū virtutis sit illud ad quod respiciere debet rationem habens in moralis operatione. Item videtur Aristoteles in eodem scilicet mediū virtutis vocare signū dicens. quod mediū virtutis difficile est attingere. quia facile quidem non contingere signū autem difficile contingere. Item opus virtutis est finis virtutis ut dicitur in primo libro sepe. virtutes enim laudamus propter opera et actus. sed finis est signū ad quod oportet aspiciere habentem rationem in operando. quoniam finis exigentia finis oportet cetera moderari ut dicitur in coniectrix. ergo signū ad quod aspiciere debet moraliter operans est opus virtutis. sed illud opus est mediū cuius ipsa est coniectrix et electrix. opus enim virtutis est modificatum secundum omnes circumstantias sic quod non excedit quod oportet. nec deficit ab eo quod oportet. virtus enim ut dicitur in scilicet coniectrix mediū est quod est in passionibus et operationibus. ideo etc. Oppositum arguitur quia terminus mediū non est ipsum mediū. sed illud signum ad quod respiciēs habens rationem intendit et remittit est terminus medietatis in quas mediū dicimus esse superabundantiam et defectum secundum rectam rationem. igitur etc. Item signū ad quod aspiciunt sagittarius. propter quod attingendum remittit intendit suam operationem puta arcum eleuando vel comprimendo non est ipsa operatio sagittarii sed ipsa sagittatio sed est illud quod illa operatio modificata et ad mediū reducta attingit ita igitur signū ad quod aspiciunt moraliter operans non est ipsa operatio modificata que est mediū virtutis sed id quod illa operatione attingit

Item illud ad quod aspiciēs rationem habens intendit et remittit operationem est directum illius operationis directum autem debet esse manifestum. mediū autem virtutis non est directum sed directum. nec est manifestum et precognitum sed est occultum et difficile inuenitur sicut dictum est in secundo. igitur etc. Item opus quod virtus modificat et cuius mediū ipsa est coniectrix est innatum suscipere superabundantiam et defectum aliter non indigeret modificatione sed signū ad quod aspiciendum est non est innatum suscipere hoc quod patet quia de ratione signi directum est in indiuisibili consistere. quia etiam signū illud terminus est ut dicit Aristoteles. terminus autem in indiuisibili consistit. etiam quia signum illud debet esse ultimus. finis enim ille primo intenditur et

gratia ipsius intendunt et remittunt ea que ad ipsum sunt scilicet apponendo deficientibus et superflua resecando non finis ultimus non est innatus suscipere superabundantiam vituperabile quod enim est secundum se ipsum bonum et optimum tanto melius est: quanto magis abundat ideo etc. Diuerse sunt opiniones in ista questione quarum rationes ad utramque partem adducte sunt. ut autem veritas appareat sciendum est quod respiciere proprie pertinet ad veritatem siue potentiam cognitiuam. ideo etiam dicit Aristoteles. ad quod respiciēs rationem habes etc. habere enim rationem proprie non est nisi virtutis cognitive. constat enim quod omnis operans finem cognitionem spectat: iter rationem primo debet respicere finem. potest finis finis exigentia debet inquirere quid valeat ad illum finem attingendum et quo modo. et postea ab illo quod sic inquisitum est debet incipere opus suum: donec attingat finem intentum. nam sicut dicitur septimo metaphysice duo sunt opus ad illud operandum quod finem rationationem operatur. quorum vnus est ipsa inquisitio rationem incipiens a finali principio. Alius est exterior operatio que incipit ab vltiori inquisito. Quoniam igitur opus morale non sine ratione operatur. manifestum est quod duobus motibus ad illud opus concurrunt quatuor erunt termini. Primus est finis per exteriorem operationem vltimo attingendus. Secundus est descriptio illius finis in anima que est principium rationem inquisitiōis. tertius terminus est opus vel operabile exterius vel aliud quocumque ad quod incipimus exteriori operari: ut intentum finem adipiscamur. Quartus terminus est predicti termini terminus descriptio anime: que est conclusio per rationem inquisitiuam iuenta. Si igitur volumus videre quis istorum terminorum sit illud signum quod Aristoteles in hoc loco intendit: statim potest appere quod illud signum neque est terminus secundus neque quartus. quoniam ad signum respicimus nos autem non respicimus proprie loquendo ad descriptioes rerum in anima exites. imo ille descriptioes sunt ille respectioes quibus ad res in anima descriptas respicimus. sicut si lapidem videmus non respicimus ad visionem que est in visu velut lapidis quedam descriptio sed illa visionem ad lapidem respicimus. primus autem dictionum terminorum et tertius potest dici signa ad que respicit intellectus operantis. Sed tertius non videtur esse illud signum de quo in sexto huius principio loquitur Aristoteles. quoniam ille intellectus proprie non est terminus medietatis que sunt mediū superabundantiam et defectus. Nam tales medietates vel sunt ipse virtutes que sunt medietates duarum maliciarum vel ipse sunt passionem et operationem modificata. Tertius autem dictionum terminorum non est terminus passionum et operationum modificata. sed est ille operationes et ille

passiones modificate gratia finis attingendum nec est terminus virtutum proprie quia nec est virtutis incipitum neque finis saltem vltimus qui proprie potest dici terminus. nec est etiam virtutis terminus tanquam ipsius diffinitio: sicut patet de se. ideo relinquere videtur quod primus dictionum quatuor terminorum sit illud signum de quo hic intendit Aristoteles. quoniam ipsi conueniunt proprietates que assignantur ei est enim vere signum ad quod primo respicit intellectus operantis. quia finis est primus in intentione licet sit vltimus in reali ipsius adeptio. hoc enim est illud signum de quo dicit Aristoteles. primo huius quod ad vitam cognitio eius magnam habet incrementum. et que admodum sagittatores signum habentes magis utique ad ipsam incidunt quod oportet. Item ille terminus vere dicitur terminus medietatis siue medietates sunt virtutes siue modificate passionem et operationes. quia finis earum est et complementum. finis autem est terminus eorum que ad finem. tamen quia vltimo adeptum. tamen quia virtute continet omne bonum aliorum. Item ad ipsum respiciens rationem habes intendit et remittit in passionibus et operationibus. quoniam ipsius gratia deficientia supplemus et superflua resecamus. finem enim finis exigentia oportet cetera moderare. Ad terminandum igitur questionem oportet videtur utrum talis finis possit dici medium virtutis. Ad quod dicendum esse videtur quod si loquimur de vltimo fine: ipse non habebit rationem medietatis. quoniam mediū dicitur quod est inter excellentiam et defectum vltimatus autem finis cum sit finem seipsum bonum non est innatum excellentiam suscipere vituperabile. sed tanto melius est quanto plus abundat. est enim de numero bonorum anime. de quibus dicit Aristoteles. septimo politice. bonorum quidem que circa animam vniuersum quod quidem excedit tanto melius esse. de talibus etiam loquitur Aristoteles. septimo huius cum dicit habitum quidem et motum quorūcumque non est melior superabundantiam neque delectationis etc. Et item defectus dicitur carentiam superabundantiam vero si non sit cum defectu dicitur tota res et aliquid ultra. nihil autem contingit ultra finem attingentem cum finis sit vltimum. Etiam finis vltimus est optimum. et optimum nihil patitur secum prauum. quod finis vltimus superabundantiam prauam suscipere non potest nulla igitur praua est ultra tale finem superabundantiam. imo omne prauum deficit a fine. Et Seneca in epistola clarani in epistola ut a communibus in epistola subinde et in multis aliis ad Lucillum declarat quod summum bonum quod est humane vite finis omnia facit bona quecumque videtur esse mala. tale autem quod possit prauam superabundantiam recipere. Sed in mediis ad finem ordinatis sepe contingit superabundantiam et defectus. quoniam aliquid quoad finem necesse velut. t. iii.





non in materia dispositio et dispositio reducuntur ad unum in esse et duo in consideratione. Et pariter post dicitur quod autem fuerit considerata dispositio et dispositio in eis que non sunt in materia: tunc reducuntur ad unum intentionem omnibus modis et nullus modus erit quo predicatum distingatur a subiecto et dispositio extra intellectum si in essentia rei. Et subdit et magna est differentia in his que dicuntur in esse et que differunt in intellectu solum. Et concludit finaliter. multiplicitas in deo non est nisi in intellectu dicuntur non in esse. Et si non opteat in deo ponere tale ficticia distinctio. videtur quod nec in materia ponere debeat: quia totum sine ea saluari poterit hic et ibi. Igitur satis vtiq; ex dictis apparet quid sit dicendum. Ad rationes in principio questionis adductas. Prime enim arguitur quod potentia anime per respectum non sit propter animam: res alia a fundamento. Alie autem preter ultimam arguitur de potentia anime per qualitativis dispositionibus ad diversas anime operationes exercendas. Ad aliam et ultimam potest dici quod terminos diversorum predicamentorum non oportet figurare ad extra res diversas. sed sufficit conceptum talis diversitas secundum quam termini diversos habeant modos predicandi et substantias demonstratis sic consuetum est dicere quod essentia predicamentorum sunt inmixte et debentur per essentias vel quidditates intelligere quidditatis rationes. Et secundum alium modum dicendum dicitur quod non omnia predicamenta significant res extra sed aliqua possunt significare res in anima existentes possibile de rebus extra demonstrative predicari. et c.

Varto queritur Vtrum scientifici quo anima speculatur necessaria et ratiocinatio quo ipsa ratiocinatur circa contingencia sit diverse potencie seu diverse partes anime. Arguitur quod non sicut factus thomas arguit. quoniam in tercio de anima distinxit aristoteles intellectum in duos agens cum est omnia facere et possibile quo est possibile omnia fieri vterque igitur ipsorum ad omnia se habet: eadem igitur contra rationem vtriusque intellectus si alia pars anime eadem que intelligit necessaria et alia que intelligit contingencia. Preterea verum necessarium et verum contingens videtur se habere sicut perfectum et imperfectum in genere veri. eadem autem potentia anime cognoscitur perfecta et imperfecta: ut eodem visu lucida et tenebrosa. multo igitur magis eadem potentia intellectiva cognoscit necessaria et contingencia. Item vniuersalius se habet intellectus ad intelligibilia quam sensus ad sensibilia. quanto enim aliqua virtus est altior tanto est magis vniuersalis. sed autem visus percipit et incorruptibilia scilicet celestia et corruptibilia scilicet inferiora quibus per se coram correspondere videntur necessarium et contingens multo igitur magis eadem potentia intellectiva cognoscit

necessaria et contingencia. Item non quocumque diuersitas generis in obiecto requirit diuersas potentias alioqui non eadem potentia visu videtur plantas et animalia. sed sola illa diuersitas que respicit rationem formalem obiecti. obiectum autem intellectus est ens quod est commune omnibus et substantiis et accidentibus. sed non eodem modo. unde et eadem potentia intellectiva cognoscit substantias et accidentia. pari igitur ratione diuersitas necessarium et contingens non requirit diuersas intellectus potentias. his autem rationibus addi potest quod potentia ponens differentiam inter alia qua plura est eadem cognitiva illorum plurimum propter hoc enim anima propter quinque sensus exteriores possunt sensum commune potentiam scilicet de anima. sed per intellectum ponimus differentiam inter necessaria et contingencia igitur eadem est potentia anime intellective respectu necessarium et contingens. Item eadem est potentia priorum licet non idem habitus ut dicitur quinto huius. sed contingens et necessarium sunt contraria. quia sunt sicut corruptibile et incorruptibile igitur. Oppositum dicitur anima sic. Et supponatur duo rationem habentis. vnum quidem quo speculamur talia entium quorum principia non contingit aliter habere vnum autem quo contingencia. Ad quod probandum adducit rationem dicens ad ea autem que genere altera et anime particulari alteri genere ad vtrumque aptum nati si quidem similitudine quadam et proprietate cognitio ipsius consistit. Ad istam questionem in his verbis ridet beatus thomas. hec autem dubitatio de facili soluitur si quis consideret quod contingencia dupliciter potest cognoscivno modo scilicet rationes vniuersales. Alio modo secundum quod sunt in particulari. vniuersales igitur contingentium rationes immutabiles sunt et secundum hoc demonstrationes dantur et ad scientias demonstratiuas pertinet eorum cognitio. non enim scientia naturalis est solum de necessariis et incorruptibilibus: sed etiam de rebus corruptibilibus et contingentibus. unde patet quod contingencia sic considerata ad eandem partem anime intellective pertinet ad quam et necessaria que preter vocat hic scientifici. et sic procedunt rationes inducte. Alio modo potest capi contingencia secundum quod sunt in particulari et sic variabilia sunt nec cadit super ea intellectus nisi mediatis potentis sensitiuis. vnum in parte anime sensitiuas: potest vna potentia que dicitur rationem particularis siue vis cogitativa que est collata intentionum particularium. sic autem accipit hic preter contingencia. ita enim cadit sub consilio et opere. propter hoc ad diuersas partes anime pertinere dicitur necessaria et contingencia. sicut vniuersalia speculativa et particularia operativa. Videtur igitur thomas intendere per scientificum intellectum que est potentia abstracta et per ratiocinatio vniuersalem ratiocinatio seu cogitativa que est potentia organica scilicet vna de

potentis sensitiuis interioribus. quod videtur sonare communitate scilicet et ratio de anima. qui cogitatio virtutem dicitur quia iam rationem. quia cognoscit intentiones in diuersales omnium predicamentorum et componit eas et distinguit et ratiocinat in eis et hoc etiam videtur anima. sentire in hoc sexto libro constat autem quod per ratiocinatio. intendit illam partem vel potentiam anime in qua prudentia existit sed anima ea ponere videtur in seculo qui est virtus cogitativa dicitur enim quod singularium est prudentia que hinc cognita experientia: talis autem experientia ad illam virtutem cogitatio pertinet videtur. Item expressi loquuntur aristoteles dicitur prudentia est extremum id est ipsi singularis est extremum non est scilicet sensus. et ostendens quis sit ille sensus dicitur non qui prioribus sed quali setimus. quoniam in mathematicis extremum trigoni sed ille magis sensus prudentia quorum ille autem alia species. Aristoteles autem in hoc loco videtur per sensus prioribus intelligere sensus exteriores. per illam autem quo indiuidua cognoscimus in mathematicis. videtur intelligere virtutem cogitatio. quam etiam aliquando vocamus ymaginatio. Unde commentator tercio philosophorum dicitur propter mathematicas esse in capitulo. propter ymaginatio. Et videtur in primo magnorum moralium aristoteles videtur expresse intendere consiliatum et scientificum distinguere: ex eo quod sensibile et intelligibile altera sunt ab invicem. consiliatum autem est circa sensibilia. scientificum vero circa intelligibilia. Hec autem opinio quibusdam non non videtur rationabilis. Primo quidem quoniam prudentia que in illa parte est quae anima. hic vocat ratiocinatio est habitus intellectualis. ergo est in intellectu. igitur non est in potentia cogitativa. Et quia forte posset dici quod nomen intellectus aliquando extendimus ad cogitatio potentiam: eo quod ipsa ratiocinatur et discurrit. licet non nisi in singularibus: ideo ostenditur quod oportet ponere prudentiam in intellectu qui est potentia abstracta. quoniam magis prudentia non est singularium tamen sed etiam vniuersalium sicut postea videbitur. oportet igitur eam attribuire tali parti anime que possit vtriusque cognoscere. talis autem non est virtus cogitativa. quoniam ipsa solum cognoscit singularia. Item quod voluntas sit potentia abstracta. oportet quod eius actus scilicet electio sequatur sententiam abstracte potencie. sed ipsa consequitur consiliatum ratiocinatio ergo illa ratiocinatio consiliativa est abstracte potentie. patet igitur quod anima. per ratiocinatio non intendit virtutes cogitativa sed potentiam intellectiva abstracta. Item per ratiocinatio et scientificum non videtur hic aristoteles aliud intelligere quam intellectum prac-

ticum et speculativum qui abo sunt potencie abstracte vna scilicet substantia. sed differunt sicut dicitur de anima. Item nos ponimus duas inter contingencia in vniuersali et particulari ergo ea cognoscimus per eadem potentiam. sic enim aristoteles scilicet de anima probat necessitate et vniuersitate sensus communis. Quidam autem opinio videtur predicta ad sensum congruente volentes reducere dicitur quod intentio beati thome non erat quod prudentia ponetur in potentia cogitativa subiective. sed in intellectu non tamen quocumque modo sed ut copulato sensui seu ut habere reflectio ergo ad ipsum sensum cum opteat ipsa prudentia esse circa singularia negotia que intellectus non cognoscit per se sed mediante sensum ut dicit commentator tercio de anima. Aristoteles igitur potentiam intellectiva vocat ratiocinatio prout ipsa cogitativa singularium sensibilibus: aut etiam vniuersalium. secundum tamen eorum applicatio ad singularia sensibilia. Eadem autem potentiam intellectiva aristoteles vocat scientificum put ipsa est cognitiva ipsa vniuersalium secundum se vel etiam singularium put ex eis elicere cognitio vniuersalium. ratiocinatio igitur et scientificum sunt: sicut practicum et speculativus intellectus. qui sic sine differunt quia practicus in intellectus sua consideratione finit in singularibus operabilibus ut circa ea operemur. speculativus autem consideratione sua finit in vniuersalibus. speculabilibus non ut circa ea operetur sed operemur sed contempleremur: Hec ergo differentia sic exposita concludi potest. dum tamen vltimum considerem quod hic per ratiocinatio quod dicitur esse circa contingencia videtur idem intelligere quod consiliatum et consiliatum non sit de quibusdam contingentibus sed solum de hiis que per nos operabilia sunt ideo distinguendum est de contingentibus. quoniam vno modo possumus loqui de contingenti simpliciter et absolute: alio modo de contingenti quod ad nos. Primo modo autem plura et gradines et tamen tria et opera prima nature sunt contingencia. de quibus tamen est speculatio scilicet et ad que se non extendit practicum intellectus. Secundo autem modo illa solum dicitur contingencia quod principium est in nobis ut sic aut non sic fiant. alia autem contingencia per copulationem ad nos seu ad nostram facultatem reputantur tamen necessaria cum non sit per nos transformabilia. Hoc igitur modo distinguendo necessaria et contingencia. manifestum est quod ratiocinatio seu consiliatum vel vltimum practicum seu operativum intellectus et hinc practicus habent se prope circa contingencia non solum secundum signales sed etiam secundum vniuersales eorum rationes non tamen sicut in eorum contemplatione. sed ut totum continent et applicent ad signalia operabilia quatenus ea vel circa ea operemur. Scientificum autem seu vltimum speculativum intellectus et speculativum hinc habent esse proprie circa necessaria put contra dictum accepta contingencia distinguuntur. tamen enim



consideramus non ut ipsa agamus sed solum ut ea consideramus. Tamen attendendum est quod nullum est inconveniens aliqui per intellectum seu per habitum ad naturalium seu necessariorum cognitionem ascendere ubi gratia si revadat ad prelium. vel si agricola seminet blada suavitatis est ipse ad motum celi respicere ut tunc oportunitate ad opus suum proficiendum acceptent. et oportet medicum naturam hominis et herbarum cognoscere. tamen talia non considerat per intellectum aut per habitum principalem et simpliciter. sed usque ad quid scilicet pro quanto naturis rebus necesse est opera nostra conformare. Similiter etiam speculativus intellectus vel speculativus habitus aliquando descendit ad aliquam considerationem operabilium humanorum in quantum scilicet propter similitudinem seu proportionem artificialium ad naturalia: possibile est ex artificialibus aliquam accipere noticiam de naturalibus. Ergo ex dictis apparet potest quod ratiocinativus scientificus distinguitur. Nam primo manifestum est quod non distinguitur sicut organica potentia et abstracta scilicet virtus est potentia abstracta scilicet intellectus. Secundo manifestum est quod non distinguitur per esse precise hoc quod circa singularia hoc vero circa universalia. Tercio patet quod hoc quidem negociatur circa contingetia illud vero circa necessaria predicto modo. Quarto patet quod si intendit principalem ad operam finale: illud autem stat in se. Quinto patet quod circumscriptis aie quantitatibus dispositio ratiocinativus et scientificus realiter ideus sunt sed differunt secundum rationem hanc enim manifestum est ex procedenti questione. Item potest videri quod quantum ad aie quantitatibus dispositio quibus ipsa disponit ad ratiocinandum de contingentibus et de necessariis: ratiocinativus et scientificus distinguuntur realiter. Speculativa namque principia et practica alia sunt ab invicem. intellectus autem ut in format per principia dicitur ratiocinativus. ut autem informat speculativus dicitur scientificus. Et loquor nunc de virtutibus que ad investigabiles conclusiones Et forte hoc intendebat Aristoteles. cum dicit ad ea que sunt altera genere altera esse anime particulam. siquidem secundum similitudinem et proprietatem cognitionis ipsorum existit potest enim dici quod anima seipsa proprietatem habet et debitam proportionem ad capiendum prima principia propter quod dicitur naturaliter cognita mediantibus autem dictis primis principis ipsa fit appropriata et disposita et proportionata ad cognoscendum conclusiones ex his immediate ortus habentes. et sic deinceps ita quod per alia et alia principia potest ad alterius et alterius conclusionis noticiam pervenire. Quidam tamen iuxta opinionem narratam in alia questione dicunt quod ratiocinativus et scientificus sunt potentie realiter distincte in anima intellectuali. non quod rea-

liter dicuntur sed quod dicitur. Quia quod distinctio dicitur in anima etiam circumscriptis omnibus exterioribus pervenire omnem nostrum actum intelligendi. hoc autem probare nititur primo notans quod sub diversis generibus cetera potest habere eandem modum opponendi vel alium. ubi gratia proprietates cetera sub colore puta albi et nigri. et sub sapore puta dulcis et amarus. habent eandem modum. utrobique enim potest fieri transitus de contrario in contrarium manente eodem subiecto. scilicet par et impar non habent istum modum quia manente eodem numero qui nunc est par. impossibile est fieri transitum a paritate in imparitatem igitur dicitur isti quod diversitas proprietatum eandem modum opponendi habitum exigit pluralitatem sensum qui sunt primo apprehensivi ipsorum. ut patet scilicet de anima ideus sensus tactus est durus sensus ut hetur ibidem pro hoc quod apprehendit diversas proprietates primo. sed dicitur quod talis proprietatum diversitas non exigit pluralitatem intellectus vel virtutum eius. sed alia diversitas proprietatum scilicet diversos modos opponendi habitum necessario exigit pluralitatem virtutum intellectus. quia vis apprehensiva priorum est aliquo modo medium inter extrema proprietates scilicet ideus omnino non potest esse medium talium proprietatum cum sit diversus secundum genus et secundum modum. scilicet scientificus et ratiocinativus sunt potentie apprehensive diversarum proprietatum diversos modos opponendi habitum. probatio quia scientificus apprehendit compositionem et divisionem necessarias istis que non potest esse mutatio. si enim affirmativa necessaria est va namque negativa erit vera. ratiocinativus autem apprehendit compositionem et divisionem contingetium inter quas potest venire mutatio. possibile enim est in contingetibus quod mutatio sit vera affirmativa et aliam negatiam scilicet scientificus et ratiocinativus sunt virtutes naturaliter distincte. Secundo illi arguunt sic potentia determinabilis per plures actus potest determinari per eos aut eodem aut alio et alio ubi gratia potentia suspiciendi ad recipiendum colorum determinatur uniformiter ad recipiendum omnes colores et indifferenter. quia quantum potest determinari per unum tantum per alterum. sed potentia que fertur potest recipere masculinitatem et feminitatem et raritatem et densitatem non determinatur uniformiter: quia per masculinitatem et feiementum determinatur ad semper quod diu erit homo. sed per raritatem et densitatem determinatur ad tempus non ad seipsum. Prima ergo diversitas ut dicunt non exigit diversitatem earum. modo ita est quod scientificus per actum suum determinatur ad semper. ratiocinativus vero non. igitur et Puto tamen quod non sit ita dicendum: quoniam sicut es est nomen transcendens ita res ut puto: ideus quecumque non extrinseca denotatio: sed intrinsece sunt distincta. puto illa esse diversa etiam et res diversas. Quidam autem alii ponunt distinctiones in intrin-

seca natura rei quod dicitur vel formales et non reales puto quod fictio sit notis ad fugam aliarum difficultatum. nulla enim necessitas mihi videtur cogere ad ponendum tales distinctiones que non sunt ponende nam natura non facit per plura quod potest facere per pauciora rationes autem eorum non valent. cum enim dicitur quod diversitas contrarietatum non habitum eandem modum opponendi exigit in intellectu diversas potentias: dicemus quod non est ita. nisi loquamur de diversitate conceptuali vel de diversitate que est secundum diversitas dispositiones quantitatibus modo prius coepto. et quoniam dicitur quod potentia apprehensiva alicuius contrarietatis est quiddam medium inter extrema contrarietatis. dico quod non oportet ipsam esse medium per participationem extremorum. sed potest per negationem ipsorum. modo quo exprimit aristoteles tercio de anima dicens. necesse itaque quoniam omnia intelligit immixtum esse. et non intelligit tamen quod huiusmodi negatio formarum intelligibilium debeat intellectui: propter diminutionem sue nature sicut esset dicendum de prima materia. sed sepe propter eius excellentiam et immaterialitatem et non est impossibile hoc modo ideus esse medium talium diversarum contrarietatum ymo si est necessarium. sicut enim visus cum sit perceptus lucis potest omnes colores percipere: quia omnes colores sunt quedam participatio similitudines lucis: ita cum intellectus sit perceptus primi entis taliter qualiter optet quod sit perceptus omnium aliorum etiam eo quod omnia tam necessaria que contingetia. ex eo sunt entia que sunt quod participatio similitudines primi entis. Et iterum si intellectus eadem potentia existens non haberet sufficientem excellentiam et medietatem ad percipiendum omnia contraria imo omnia entia. non appetit quod omnia possentur sicut apprehendere unum conceptum videlicet conceptum coisumo Et iterum intellectus una potentia existens iudicat de veritate primi principii complexi et de falsitate sui oppositi quod quidem principium et suum oppositum coisum le habet et ad necessaria et ad contingetia que non videtur quod oporteat in intellectu tales ponere vires diversas propter contingetia et necessaria alia aut ratio ipsorum non concludit quia non oportet quod scientificus per quolibet actum suum determinetur ad semper quod sic patet ratiocinativum put hic ab Aristotele distinguitur contra scientificum non habet locum in scientificis speculativis sed scientificis. in quibus tamen sepe mutamus nostras opiniones. Et si dicas quod opinionem bene mutamus sed non scientiam. dico quod ymo bene. sic quod ipsa non necessario determinat intellectum ad semper. homo enim potest multas obliuisci conclusiones postquam obliuione si multa fuerit ipse per rationem sibi occurrentem possit opinari contrarium eius quod ante sciuit

et cuius ante demonstrationem habuit Et iterum nec oportet concedere quod potentia sit diversa naturaliter modo quo illi dicunt. si per unum actum de terminetur ad semper et per alterum ad tempus. multi enim posuerunt in celo et in istis inferioribus materiam esse eiusdem rationis. et tamen ipsam determinari per formam celi ad semper et per formas istorum inferiorum ad tempus. Ad rationes igitur dicendum est. Ad primam quod intellectus possibilis ideus realiter existens est possibilis omnia fieri. sed non immediate sed ordinate ut dictum est. Ad aliam dicendum quod per nos operabilia et non per nos operabilia non distinguuntur secundum perfectum et imperfectum. ymo secundum distinctas rationes quibus obiciuntur intellectui hoc quidem patet per nos operabile. hoc autem non: propter quod in ratione do circa eam dictum fuit necesse est intellectum varie se habere. Omnes etiam alie rationes satis concedi potest quo ad hoc quod intellectus ideus existens realiter possit cognoscere contingetia et necessaria. non concludit tamen quin distinguatur intellectus modis predictis in quantum est innatus negociari circa ea. Tunc respondendum est ad ea que videtur arguere quod ratiocinativum in quo prudentia existit sit virtus cogitativa. Ad hoc enim quod dicit commentator cogitativam rationari concedi potest. sed hoc in singularibus tamen. ratiocinativum autem in quo prudentia existit ad universalia se extendit. Ad illud quod dicit aristoteles prudentiam esse singularium que nota sunt experientia. concedendum est quod prudentia sit singularium sensu primitus cognitorum. sed postea tamen notorum per intellectum. Ad illud etiam quod dicit aristoteles prudentiam esse extremi cuius non est scientia sed sensus. dicendum est quod singularium quorum non est prudentia non est scientia quia scientia non est nisi universalium sed ipsorum est sensus primitus antequam fiant nota intellectui sed tamen oportet ipsa mediante sensu nota fieri intellectui in quo nata est esse prudentia. Ab hoc autem quod dicit aristoteles esse illud sensum non qui proprius est. Dicendum est quod hoc per tanto dicit quia prudentia non solum est illorum singularium que per se sensibus exterioribus apprehenduntur. puta calidi et frigidi albi et nigri. sed est multo magis singularium que interiori virtute cognoscuntur scilicet virtute estimativa seu cogitativa que ex sensu exteriori elicit intentiones non sensatas ut dicit auicena sexto naturalium verbi gratia in intentionem odii vel amicitie lucris vel damni honoris aut in honoratois circa enim thia magis est prudentia que circa albi et nigri aut odore aut sonu sed non est intentio Aristoteles quod sit status in illa virtute.

sed oportet omnia tandē cognoscere per intellectu qui solus pot̄ perfecte ratiocinari ⁊ vniuersales agibilibus rōnes singularibus agibilibus applicare. Ad illud aut̄ q̄ dicit̄ in p̄mo magis moralium ⁊ ad omnes cōsimiles auctoritates. dicendū est q̄ prudētiāle potētia: seu cōsiliatiua nō dicit̄ A. n. esse circa delectabilia sensitiua ex eo q̄ sit potētia sensitiua: sed quia est eorū singularium sed ⁊ vniuersalium quorundā put applicabilia sunt ad singularia opabilia. hec de questione.

Vinto querit̄: Vt̄ intellectus practice determinef̄ ad vnu per rectitudinē appetitus? Arguitur q̄ non quia esset circulatio in determinationibus. qm̄ appetitus determinatur ad rectitudinē per veritatē iudicii practici. ex eo enim appetitus dicit̄ rectus: quia cōsonat recte rationi. propt̄ quod sc̄o huius dicit̄ q̄ virtus moralis que ponit̄ in appetitu diffinitur per hoc quod est immediate existere determinata ratiōne. Item intellectus est potētia melior q̄ appetitus. nobilioris aut̄ magis est determinare alterum q̄ a minus nobili determinari. sicut domini est determinare subditum. igit̄ ⁊ c̄.

Item ordinare ⁊ persuadē est determinare. ordinari aut̄ ⁊ persuaderi est determinari. q̄ pat̄ p̄mo huius vbi dicit̄ q̄ irrationale a ratiōe aliquid suadet. ⁊ q̄ etiā appetitus in quo ponunt̄ virtutes morales est habere rōem non p̄ncipaliter in seip̄o sed quēadmodū a patre audibile aliquid et hoc est rationabile: quia non ip̄ius appetitus sed ip̄ius intellectus est sapere. modo dicit̄ p̄ huius methaphice nō enī sapientis est ordinari. sed sapientē ordinare oportet. neq̄ hūc ab altero sed ab hoc minus sapientē suaderi ergo ⁊ c̄. Oppositū videt̄ velle A. n. dicens practici aut̄ intellectus v̄itas cōfesse habens appetitū recto. propter q̄ videt̄ dicē post q̄ prudētia n̄ ē h̄tus cū ratiōne solū sed supple cū rectitudine appetitus.

Ad quod cōfirmādū adducit signū dicens q̄ n̄ā obliuio habitus q̄dam talis est sc̄z qui cum ratiōne solū prudētie aut̄ non est. Etiā post hoc videt̄ ostendere q̄ prudētia sit n̄cario cōnexa v̄tutibus moralibus: ita q̄ non est possibile esse bonū p̄ncipaliter sine prudētia neq̄ prudētē sine morali v̄tute. Item arguit̄ sic rectitudo appetitus comparat̄ ad rectitudinē rōnis sicut finis: ad ea q̄ sūt ad finem. Ideo de v̄tute morali que p̄tinet ad appetitum: et de prudētia que p̄tinet ad ratiōne. dicit̄ A. n. q̄ hec quidē sc̄z v̄tus moralis finē hec aut̄ sc̄z prudētia: que ad finē facit̄

preceptiuam et hec omnia videbat aristoteles satis innuere cum dixit. prudentia quod est precepta est quod opera agere vel non. finis ipsi est synesis autem iudicativa solum dicitur ergo multi quod sicut synesis presupponit eubuliam et consistit formaliter in iudicando de mediis inuentis per eubuliam: ita prudentiam dicitur presupponere synesim. et consistit formaliter in precipiendo que per synesim iudicata sunt. et ita dicitur quod prudentia est virtus formaliter distincta contra synesim et eubuliam. propter quod cum aristoteles enuenerunt quibus habitus intellectuales principales: ipse non enumeravit eubuliam et synesim contra prudentiam. vel dicitur est (ut magis mihi videtur) quod prudentia perfecta secundum quam homo dicitur simpliciter prudens homo non solum prudens consiliator aut prudens iudicator aut prudens preceptor vel exsecutor non est vnus hitus virtutis simplici simplicitate ordinis et conexione multarum partium abinuenit formaliter distinctarum. ut mundus dicitur vnus licet multas contineat partes distinctas secundum speciem quod nulla per se dicitur mundus. sic etiam scientiam aliquam totalem et perfectam dicimus aut artem vnam non quia aliquam formam habeat indiuisibilem in se tota. sed quia habet multos processus alios distinctiuos alios diuisiuos alios arismetiuos et multas alias conclusiones varias continet. tamen hec omnia habent ordinem inter se et conexione necessariam. Sicut igitur corpus humanum vnum existens multas habet diuersas partes habentes diuersas operationes ut cor cerebrum epa caput pedes et manus: sine quarum diuersis operationibus opus finale totius expleri non potest: nec etiam opus vnus partis fit opus aliis partibus. Ita oportet imaginari quod perfecta prudentia sit hitus vnus continens plures habitus partiales. sine quibus operationibus opus eius finale non potest expleri: sed habitum consiliatiuum/hitus iudicatiuum/habitum preceptiuum/ seu executiuum et ut corpus humanum non est cor tamen vel cerebrum tamen: sicut mundus non est formaliter celum tamen aut ignis etc. Ita prudentia non est formaliter habitus consiliatiuus vel preceptiuus tamen etc. imo perfectio eius consistit in eorum aggregatioue ordinata et conexa. vnde non videtur esse dubium quin ex his tribus hitibus constituat vnus totalis habitus virtutis ordinis et conexione et conectatur adinuenit consiliatiuum/iudicatiuum/preceptiuum. sic quod preceptum non potest fieri sine iudicio: nec iudicium sine consilio. Item consilium nihil aut modicum potest fieri sine iudicio nec iudicium sine precepto talis aut hitus totalis non videtur nominari nomine congruentiori quam nomine prudentie. concedatur igitur quod illi habitus partiales bene contra se inueniuntur sed non distinguuntur contra prudentiam

tiam simpliciter dicitur et perfecta. nisi ut partes contra suum totum. concedatur etiam quod eubulia est virtus intellectus consiliatiui. synesis intellectus iudicatiui. sed non totius intellectus actiui. Et quod de prudentie iam incepimus loqui videndum est magis complete quo modo partes prudentie distinguuntur. Dicunt ergo aliqui quod prudentie sunt quattuor opera principales. Primum est inuentio mediocritatis ad finem statutum congruorum. Secundum est iudicium de honestate et congruentia mediocritatis inuentorum. Tertium est preceptum iudicatorum. Quartum est executio preceptorum. puto tamen quod hoc quartum non sit opus elicitum a prudentia ut dixi prius. sed vel a voluntate vel potentiis anime aut corporis et virtutibus earum. si tamen ita esset ut dicitur tunc essent sed illa quattuor opera quattuor partes principales prudentie. scilicet inuentio. iudicatio. preceptio. et executio. quarum iterum quilibet habet plures partes siue plures exigit vires vel habilitates ut illi dicitur ad hoc ut possint perficere opus suum. Nam quibus ad inueniendum medium vel non oportet consiliari. vel modico tempore consiliandum est dicitur est plus. ne idoneitas attingendi finem transeat. Et tunc oportet uti eustochia siue solertia. aliquando tamen oportet consiliari. et tunc habet locum eubulia. que iterum plures requirit vires. Ad bene enim inueniendum medium valet multum preteritorum recordatio que vocari solet memoria. deinde requiritur presentium ad preterita collatio vel etiam mediocritatis inuentorum collatio. que solet dici ratio. sed forte quod hec ratio pertinet ad partem iudicatiuam adhuc ei ad omnem istorum perfectionem requiritur docilitas que est habitus ad bonam eruditionem. parum enim est quod vnusquisque potest capere a se ipso multum aut quod ab alio vnde vultus. Qui sollers. docilis. memor est qui vult rationis. Rectum consilium perficit ille suum. Contra sunt quattuor defectus impediens partem inuentiuam scilicet tarditas ingenii contra eustochiam. Indocilitas contra docilitatem. obliuio contra memoriam. et inertia siue ignauia rationandi et conferendi contra rationem. vnde vultus. Tardus. et indocilis ignarus et imemor existans. Rectum consilium non facit ille suum. Dicunt etiam quod pars iudicatiua quam aristoteles vocat synesim quattuor habet partes vel habilitates exigit sine quibus non potest ipsa esse bona et perfecta. quasi cum de conclusione fiat iudicium permissas. oportet sana capere maiorem et minorem. et excludere defectum a maiori et minori. conceptus igitur maioris est sana estimatio finis et legis propter quam et finem quam dicendum est sic operandum esse in tali casu. et voca-

tur intellectus. conceptus autem minoris est sana apprehensio presentis operabilis quod agit vel circa quod agit. et vocat sensus quia particulare agibile mediante sensu ab intellectu comprehendit. defectus autem excludit a maiore per collectionem constantiarum omnium que debent operari. et hinc re collectio vocat circumspectio. a maiori vero defectus excludit per discretionem bonorum et malorum possibilem euenire actui vel operi. quam discretionem macrobius vocat captionem vel cautelam: per quam cauentur imminencia mala. vnde vultus. Hinc intellectus. sensus. cautela malorum. mens circumspecta. dant bona iudicia. Contra autem iudicium deprauat ebetudo mentis contraria intellectui. in sensatio contraria sensui. incautela pertraria cautela. vbi scilicet est precipitatio ad pericula sine necessitate et incircumspectio contraria circumspectioni. vnde vultus. Mens ebet. insensata manens incauta periculis. Incircumspecta. dant mala iudicia. Item dicunt illi quod pars preceptiuam ad hoc quod preceptum sit bonum et utile requirit duo ex parte intellectus et duo ex parte appetitus. ex parte enim intellectus requirit primo certam determinationem. secundo requirit efficacem suasionem. appetitus enim preceptum formidabile non recipit bene neque preceptum etiam non vallatum suasionibus. Ex parte enim appetitus requirit primo benignitas ut prompte obediat rationi. secundo requirit constantiam per quam firmet in hinc obedientiam. vnde vultus. Certa ac suauius mens constans atque benigna. vtile preceptum perficit ipsa suum. Contra ambiguitas contraria certitudini. fatuitas contraria suasioni malignitas. id est peruitas contraria benignitati. et inconstantia propositi contraria constantie reddunt preceptum vanum et inutile: vnde vultus. Ambiguus. fatuus. inconstans. atque malignus. vanum preceptum construit ipse suum. Ad partem etiam executiuam quattuor requiruntur ut dicunt scilicet prudentia vigilantia diligentia. et sollicitudo. prudentia enim curat ut nihil desit eorum que sunt necessaria operi. vigilantia intendit qualiter opus ex omnibus periculis agatur. diligentia vero amori conexa opus continuat continuatum tenet. sed sollicitudo labori conexa occupatur circa plurima. vnde vultus. Si cu ro. vigilo. si diligo. sollicitor. vtiliter pago que per agenda volo. Et per oppositum in prudentia somnolenta negligentia et vagabundantia contraria predictis nunquam agunt feliciter opus suum. vnde vultus. Nec somnolenta nec mens impudica felix nec torpens animus nec vagabunda manus.

Tullius aut in rhetorica sua tres ponit partes prudentie p aspectu ad tres ptes ipis ad quas semp oportet prudente aspice. dicente Seneca in libro de quattuor virtutibus cardinalibus Si prudens es animus tuus tribus tpebus dispesatur pntia ordina. futura pvide. et pterita recorda. na q nihil de pterito cogitat. vita pdit q nihil de futuro pmeditat in oia incautus incidit. et sut iste ptes tres. memoria. intelligetia. et prudentia. Memoria p qua aim repetit illa que fuerit. Intelligetia est p qua ea pspicit q sunt. Providetia vero est p qua futurum aliqd videf anteq factu sit. et fm istas ptes tres sumunt tres spes artis rhetorice fm An. pars eni iudicativa respicit pterita. pars aut exclamativa pntia. pars vo cofiliativa futura. Aliter adhuc i sexto huius distinguit An. prudentia fm distinctione honoru q ipsa nobis pcurat. alit ea bonu dicit monasticu. qd vnusquisq sibi pcurat p monastica prudentia. alteru dicit bonu economicu qd vnusquisq p prudentia economica pcurat domestice coitati. Alteru vero dicit bonu politicu qd vnusquisq p prudentia politica pcurat coitati civili. Et adhuc An. ponit alia prudentie diuisione fm diuersitate officioru que gerimus in coitate civili. alia eni est spectans ad pncipe que dicit architectonica siue legispositiue. alia vero spectat ad subditos que dicit coi noie politica. de qbus ante satis dictu e. Et mo cofilii possem diuidere prudentia economica in paternam et filiale in virilem et vxoria. in dnatiua et seruitale. s3 no est vis.

Ad rones dicendu est q ille que arguunt ad pmam partem satis pcedunt p dicta. Ad pmam in oppositu dicit q virtutes totales bene sunt quibus verum dicit anima s3 no oportet hoc cocedere de omnibus virtutibus partibus aliqua totalem integrantibus. Ad aliam dico q eubulia aliqn et synesis et gnome capiuntur pro operationibus que sunt rectum consilium et rectum iudicium et sic no sunt virtutes. aliqn aut capiuntur pro habitibus ad huiusmodi operationes inclinantibus intellectum et ita dicuntur virtutes. Ad aliam dicitur vt dicit An. de innatis virtutibus et prudentia vt etiam de virtute naturali et morali. q ex altera et altera complexionem naturali fm qua sensus nati sunt aliter et aliter et peius melius de seruire intellectui. nos videmus aliquos innatos ad prompte rocinandum et media faciendum et inueniendum tam in speculatiuis q in

practicis. alios aut innatos ad pfundius et firmitus iudicandum. licet no sint multu inuentiu. Alios aut ineptos ad rocinandi promptitudinem et ad iudicandi certitudinem ppter qb aliqui pauco studio prudentiores fiunt aut sapientiores q alii multo. he aut habilitates ad rocinandum et certe iudicandum vocant eubulia. et synesis naturales que no sunt partes prudentie. s3 de innatis. Preter has aut habilitates requiruntur habitus acquisiti p multiplicis operationis exercitium et longam experientiam agibilia humanorum inclinantes pfecte ad recte iudicandum et bene cofiliandu seu pfulendum. qui dicuntur eubulia synesis prudentiales. et isti sunt partes prudentie. Alie rationes satis procedunt viis suis. Et sic est finis questionis.

**V**eritur decimo nono. Vtrum virtus moralis faciat intentionem rectam prudentia que ad hanc. hoc est dictu vt per virtutem moralem habeamus rectam estimationem de fine in ipsis agibilibus. et p prudentia de ordinatis ad finem. sic eni exponendus e titulus questionis qa intendere significat i aliquid tendere. tendere aut sc3 i finem pncipaliter no in alia nisi ppter finem. Arguit qd virtus moralis magis rectificat ea que ad finem q in intentionem. quia virtus diffinitiu est habitus electiuus. 2o huius. electio aut no est ipius finis s3 eorum que ad finem tertio huius. Itē virtus est circa difficile secundo huius. vnde virtus in nobis requiritur ad reddenduz ea facilia et delectabilia. que prius erat tristia et difficilia. virtus eni ex assuetudine acquiritur 2o huius. assuetudinis aut est facere facilia et delectabilia. que prius erat tristia et difficilia. vñ pmo rhetorice sollicitudines studia et conatus tristes vel si no assuefiant. consuetudo aut facit delectabile. s3 no circa finem fm se. imo circa ea que ad finem magis versat difficultas p tristia ergo etc. Item videtur q ad vtrumq sc3 ta ad virtutem morale q ad prudentiam ptinet rectitudo ta circa finem q circa ea que ad finem quia circa vtraq rectitudo estimationis pertinet ad habitum intellectualem. rectitudo aut

inclinationis ad morale. Item videt q non indigeamus vtute morali ad rectitudinem estimationem de fine: qa ad tale rectitudinem determinati sumus a natura. pncipia eni cognita sunt naturaliter p se. et si ignoraremus ad que finem tendere debemus quod sciremus ad quod nos assuescere oportet manifestu est igit q sic a nobis auferret ois via determinandi nos ad bonu qd esset valde inconueniens. sicut eni natura dedit aliis impetu tendendi determinate in finem debitu. ita et nobis. no eni minorem deus et natura debuit habere sollicitudinem de nobis q de aliis quare etc. Item si vtus moralis faceret intentionem rectam. prudentia aut que ad hanc sequetur q vtus moralis pcederet prudentiam p seipsa est falsu. q et ans. falsitas pntis p3. quia prudentia vel actus eius ponit in diffinitione vtutis cu dicat determinata rone vtique sapiens. i. prudens determinabit tu qa vtutis est inclinare ad id quod psetiatu est rone que ptinet ad prudentiam. tu qa actus appetitus no habet formam modum virtutis nisi fm q rone conformatur. et ita prudentia determinat formam et rone ipsi vtuti. determinas aut pus est ipso determinato. vt ca effectu. tu qa dicit An. q no est possibile bonu esse pncipaliter sc3 p virtutem morale sine prudentia. s3 consequentia pncipalis pbatur qa pus oportet habere rectam estimationem de fine. q haberi possit de his que ad finem sunt. cum fines in agibilibus sint vt pncipia in speculabilibus. et quia scdm exigentiaz finis oportet cetera moderari. ergo etc. Oppositum dicit An. adhuc opus pficit et scdm prudentiam et virtutem moralem. virtus quidem eni rone rectam facit prudentia aut que ad hanc. Itē pus dixit no erit electio recta sine prudentia nec sine morali virtute. hec quidem in finem illa aut que ad finem facit operari. Item recta estimatio de fine est pncipium i agibilibus. s3 virtus facit rectam estimationem de pncipiis. pbatio quia que malitia corrumpit circa que facit mentiri. ea saluat vtus moralis et circa ea facit veru dicere. Itē ex immediate dictis apparet q cotingit mentiri de fine agibiliu. qa ita ptinigit negare pncipia prudentie. modo vt aliqua scia. vt physica vel mathematica no habet via ad negantem sua pncipia. ita neq prudentia et ita apparet q oportet ponere aliunde quo homo determinabit ad dicendum veru. et no p prudentiam q per virtutem morale. Primovidendu est q vltimus finis

agibiliu determinatus est nobis p naturam fm com eius rone. intantū q nullus sic mentitur de eo fm intellectu qn sit amadus et psequendus. nec voluntate cotingit ferri in oppositu. exemplū omis cocedunt saltē interiori mēte (licet aliqui ore negent) vitā optimā esse amādā et psequendā. et q p tanto sit magis amādā et psequendā: qto est melior et delectabilior. et voluntas no pot ferri in oppositu fm oppositā rationem. nullus eni pot velle vitā malā et triste sub ratione malitie et tristitie. io necesse est si voluntas debeat trāsire in actū circa vitā optimā sub rone obtimitatis. q velit eā. ppter qd dicebat in 3o q ipius finis est voluntas et no electio. Ex his aut iā manifestu est q isto modo nec vtus moralis nec prudentia facit intentionem rectam. s3 naturalis inclinatio intellectus ad veru. et voluntatis ad bonu. nec isto modo malitia puerit nec metiri facit circa pma pncipia. s3 vltimus finis fm eius spēale rone no est nobis determinatus a natura. imo cotingit metiri circa ipm. et voluntate ferri no oino recte in ipm. ppter hoc q metiri cotingit in dicendo que est res illa que est vita optima et delectabilissima. fiat eni syllogismus practicus talis. vita qto est melior et delectabilior tato magis e amādā et psequenda. s3 cotemplari vel opari fm virtute est vita melior et delectabilior quā sensuali: ex delectari vel q pecuniis aut honoribus abundare. q cotemplari et opari fm virtutes est magis amandū et psequendū. io etc. multi aut minori ppositiōi no cōfētūt. ppter qd etiā cōclusionē no cocedūt. et ob hoc etiā voluntas eorū no recte ferret in finem sc3 in opus cotemplationis vel vtutis. s3 distorte in delectatiōes sensuales pecunias aut honores. Si aut mior dicti syllogismi interiori mēte cocederet. cōclusio no negaret nec illo iudicio stante voluntas ferret in finem no recte. stāte eni iudicio q cotemplari sit magis amandū et psequendū q delectari. voluntas no eliget delectari dimittēs cotemplari. sicut dicit in questione quarta tertii. Si igitur querat quid faciet rectam estimationem de cōclusionē. respondebo q recta estimatio de minore cu maiore. qm scientia pmissaruz (vt dicit linconiensis pmo posteriorū) gignit scientiam cōclusionis in anima. cu igit quicqd est causa cause sit causa causati. illud facit rectam estimationem de cōclusionē quod facit nobis rectam estimationem de minore hoc autē quid sit illud dubiu est. Quidā eni putant di

etā syllogismū nō esse prudentialem. qā dicat prudentie aut tres aut quattuor esse partes tā tū fm dicta in alia questione. scz inuentiam mediōrū ad finē ordinatōrū. iudiciū de mediis inuentis. pceptiū mediatorū. 7 forte ex secutiū. he aut oēs partes circa media ad finē ordinata versant. iō tota prudentia videtur circa oīa hmōi media laborare. dictus aut syllogismū nō est de mediis s3 est solū ad statuen dū nobis finē. nō enī sufficit finem esse nobis statutū fm vlem rōnem. scz q optima vita sit amanda 7 psequenda. qā si ignoraremus que res sit illa vita optima. nesciremus qd psequi. ppter quod dicit 3<sup>o</sup> de anima qvltis estimatō nō mouet. oportet ergo in particulari scire q res sit illa vita que ē amanda 7 psequenda. quo scito prudentie est inquirere p que media res illa psequi valeat 7 attingi. Item finis est pimum pncipiū in agibilibus. 7 oportet quālibet scia 3 7 pari rōne prudentiā supponere sua pma pncipia. ergo nō ptinet ad prudentiā statuere sibi finē. s3 hoc nō videt mibi verū. qm pmissio dicti syllogismi sūt tales q ipis cōcessis aut negatis erit aliter aut aliter opandū. ppter quod fm dicta pūs ille alie pmissio videt esse practice 7 ad prudentiā ptinere. nec valet pma rō iporū que dicētur ante oēs illas partes eē aliam statuentē illis finē fm rōem particularem vel forte dicere q oēs ille tres partes locum hāt in syllogismo p̄dicto. oportuit enī pmo mediū syllogismi inuenire. 2<sup>o</sup> de pmissis ex dicto medio cōstituti de cōclusionē iudicare. 3<sup>o</sup> p̄cipere q media ingranē ad finē statutū attingendū in cuius p̄cepti executione dicte tres partes hāt iterū locū. 7 ita deiceps donec opus sit cōpletū. Secūda etiā ratio eorū nō valet quia nō oportet sciam sua supponere pncipia scdm quācumq rationem. licet enim in phylosophia naturali sit suppositum vel quasi suppositū naturam esse. tamen non est suppositum materiam primam esse. nec formam substantialem esse distinctam a materia. imo inquiritur primo physicorum. propter quod alii dicunt magis probabiliter ut mihi videtur q illa minor que dicit cōtemplari 7 operari secundū vtutes est melius 7 delectabilius. quā delectari 7 c. est pncipium practicū p se notū vel quasi. sufficit enim ad dicte minoris cōcessionem experientia 7 debitū ministerium sensus ipsi intellectui hoc enī scz q ad p̄positionē aliquā cōcedendā indigeamus experientia 7 debito ministerio sē-

sus nō tollit qn illa p̄positio sit pncipius per se notū apud intellectū sicut visum fuit in vnde cima questione sexti libri. Et quis ita fit. tū intellectus impediri pōt a cōcessionē dicti pncipii. vel quia nō exercuit opus cōtemplationis nec virtutis. ppter quod bonitatē ipsius delectationē consequentē ipm non potuit experiri vel quia affectiones inordinate sensitui appetitus ad delectationes sensuales traxerunt intellectus ad iudicium ineptū. vel quia tediū tristitia siue difficultas apparuerunt cōiungi studio contemplatiuo. siue operi virtuoso. huius opus virtutis exerceatur. 7 inordinata affectio sensitui appetitus moderetur 7 tediū tristitia siue difficultas apparens in ope virtuoso remoueatur. statim intellectus percipiet opera virtutum esse meliora q delectationes sensuales q pecunias aut honores. 7 in eis voluntas magis gaudebit. aliter aut nō. virtutes autem morales inclinant ad exercitiū operis virtuosum. moderant affectiones appetitus sensitui. 7 opera virtutum reddunt multo delectabiliora atq̄ facilia q sint opera viciorum. sicut etiam in rei veritate delectabiliora sunt 7 facilia. vñ pmo ethicorum secundum seipias vtiq̄ secundum virtutem operationes delectabiles 7 Seneca q̄tum ad facilitatem dicit in libro suo de ira sic nec vā quibusdam dicitur est arduum in virtutes 7 asperum iter est. facilis est ad beatam vitam via delirare negocio sius vacat pudicitia. libido occupatissima est. omnium deniq̄ virtutum tutela facilis posito ergo exempli gratia de quo nō curemus an sit vel non: q̄ predictus syllogismus vel alter quicumq̄ talis processus per quem finis vltimus humane vite nobis statuatur. sit primus prudentialis processus. 7 dicti syllogismi conclusio sit prima prudentialis conclusio. manifestum est satis ex dictis quo modo virtus moralis prudentia faciant ad habendum de dicta conclusione rectam estimationem. apparet enim q ad principium circa quod non contingit errare scilicet ad maioris propositionis concessionem neq̄ virtus moralis neq̄ prudentia aliquid operatur. sed solum illa virtus intellectualis q̄ vocatur intellectus. apparet secundo q ad secundū principii circa quod contingit errare scilicet minoris propositionis concessionem prudentia non operatur sed intellectus et virtus moralis. 7 dico intellectus tanq̄ virtus elicitā iudicii. dico aut virtus moralis. tanq̄ remoti-

na phibentium ex parte appetitus. sic enī malitia corrumpit illud pracū pncipius. scz in q̄tum firmat 7 auget impetū passiois in appetitu. phibentem intellectum a vero iudicio qā sic sensus inepte ministrat obiectum. Sed tertio apparet q ad cōcessionem cōclusionis operatur virtus moralis 7 prudentia. dico aut virtus moralis dupliciter. Vno mō in quātu operatur ad dicti pncipii cōcessionem. ex quo ipsa conclusio inferebatur. Scdo quia remouet phibentia ex parte appetitus. vicius aut appetitus rebellat 7 recto iudicio pncipii. 7 recto iudicio cōclusionis 7 pcepto sequenti dictum iudicium: 7 executionē tollit oīno. dico aut prudentia dupliciter. Primo in q̄tum ipsa vtens logica ordinat processum ad conclusionē ex cōcessis pncipiis inferendam. 2<sup>o</sup> in q̄tum eligit iudicium de veritate cōclusionis virtute concessionis pmissarum 7 ordinati processus. Ex his apparet quarto q virtus moralis atcedit prudentiam. nō tñ virtus moralis pfecta s3 inchoata aut p assuetudines aut p bonā natiuitatē vel p bonam inclinationē naturalem. vñ pueri si nō habeant inclinationē valde bonā naturalem. valde indigent ad cōcessionem pncipiorum moralium bono cōsuetudinali exercitio. p doctrinam. p p̄suationem. p castigationē parentum aut amicorum. vel erit valde difficile ipsos fieri prudentes. ppter quod dicit in secundo huius. nō parū differt si vel sic ex iuvene assueferi. Et ad hanc sniam cōfirmandam valet q iuvenes 7 passionū secutores nō sunt huius scientie que est pars prudentie vt dictū fuit. viles auditores. Vltimus aut post dictū cōcessum scz qn nobis statutus fuerit finis. oportet ad media se conuertere p que finis ille possit attingi pmo quidē inueniendo media illa vt dictum fuit pūs. Secundo iudicando de mediis inuentis. an sint decentia vel indecentia. 7 que sint decentia ad finem attingendū. Tertio p̄cipiendo quatenus quod iudicātū est decentius exsequatur. In pmo aut istorū prudentia opatur s3 nō virtus moralis. quod ex h̄ patet quia astutus homo 7 valde prāus bene sciret ista media inuenire. q̄tum enim ad hoc astutus 7 prudens modicum differre videtur. In 2<sup>o</sup> vero illorū scz in iudicando decentia mediōrū inuentorū prudentia 7 virtus moralis simul operant. hec quidē elicitua iudicii. illa autem remotia phibentū ex pte appetitus sensitui vt dictū fuit. In tertio vero scz in p̄-

cipiendo similiter vtrāq̄ opabitur. viciū enim inclinans ad sensalia 7 fugiens laborē deprauat hmōi pceptum 7 iudiciū. qm aut dicit Aq̄. virtus intentionē facit rectā. nō erat eius intentio q ipsa nihil operaretur circa media. s3 q̄ illa pmissio siue prudentia opabatur ad cōcessionem pncipiorum pmi processus prudentialis facientis sibi finem. qm aut dicit. prudentia autē que ad hanc. nō erat eius intentio q̄ prudentia nihil oparet ad cōcessionem cōclusionis per quā nobis finis statuitur. nec ad processum per quē finis cōcludit. s3 hoc dicit quia prudentia siue adiutorio virtutis moralis vel quasi. est iuentina mediōrū cōcludentiū ad statutū finē. In hac ergo ordinatione cōclusionis gauisa est anima mea multū. qā rationes que apparebāt difficiles sunt solute si quis ea consideret que dicta sunt.

¶ Ictimo queritur vtrū virtus moralis possit nobis acquiri sine prudentia  
Arguitur q sic qā scia cū sit hitus conclusionis speculative. supponit habitū pncipiorum speculative. ita prudentia cū sit hitus conclusionis practice supponit hitū pncipiorum s3 ille hitus pncipiorū supponit virtutē moralem. qm illa pncipia siue morali virtute nō cōcedunt. vt dictū fuit. malitia enī corrūpit pncipia practica. ergo virtutē moralem oportet acquiri an prudentia. Item hō dicit bonus homo simpliciter p virtutē moralem. s3 absq̄ prudentia moralē. Minor pbat. qā dictū fuit q hitus acq̄tus p doctrinā scz librorū moralium 7 decretorū ptinet ad prudentiā ppter quod nullus videt acquisiuisse prudentiā. que nō studuit dictos libros. 7 n̄ multi sunt boni homines licet in dictis libris nihil studuerint. Item ad bene agere requiritur virtus moralis. s3 ad bene agere nō requiritur prudentia. ergo virtus moralis pōt esse sine prudentia. Maior pbat. qā virtus moralis apud aiām est sicut sanitas apud corpus. vtrāq̄ enī pficit. hec aiām. illa corpus 7 opus eius bene reddit. modo sanitas exigitur ad bonam 7 expeditam corporis opationem. ergo 7 virtus moralis ad bonam 7 expeditam anime actionem. Minor vero pbat. quia prudentia se habet ad virtutem moralem sicut ars medicine ad dispositiones corporis. prudentia enim est cognitua iustorum 7 iniustorum. pulchrorum 7 turpium. 7 oīno illorū  
y iii.

circa que virtutes et malitie versantur: ut ars medicinalis est cognitio sanorum et egrorum. et omni no illorum circa que sanitas et egritudo versantur modo ad bene operandum secundum corpus non requiritur ars medicinalis. sed sufficit sanitas, ergo ad bene operandum secundum animam non requiritur prudentia sed sufficit virtus moralis. Item ex dicta proportione et similitudine potest argui sic. sanitas potest haberi sine arte medicinali. ergo et virtus moralis sine prudentia. Item virtus moralis acquiritur ex assuetudine in bonis operibus. sed aliquis potest assuefieri in bonis operibus sine prudentia ergo etc. Sed tu dices. dicitur minor est falsa quia sine prudentia non cognosceret que sunt bona opera. Respondebo quod licet non cognoscat ex se que sunt bona opera. tamen possum credere prudenti. et ita me assuefacere in his que prudens dicit. Nam enim qui sanat non oportet habere sciam medicinalem. sed credere habenti et operari secundum iussu eius. sic est hic ergo etc. Oppositum dicit Aristoteles. Dicens quod licet virtus naturalis possit haberi sine prudentia. tamen virtus prudentialis id est moralis non potest haberi sine prudentia. Item sine recta ratione non est virtus. cuius recta ratio in eius definitione ponatur. sed non fit recta. nisi per prudentiam. igitur virtus moralis non est sine prudentia. Item virtus est habitus bene et recte electivus. sed non erit electio recta sine prudentia ut dicit Aristoteles. igitur etc. Ad evidentiam huius questionis sciendum est secundum Aristotelem quod in nobis ratio ex parte virtutis cognitive que ex parte appetitive duplex invenitur habitus. scilicet unus naturalis. que ex naturali dispositione et certa complexionem habet confestim a natiuitate. Alius per doctrinam vel experientiam et assuefactionem acquisitus. Et utrobique habitus ille naturalis potest esse bona dispositio. scilicet dispositiones ad bene agendum. vel mala scilicet dispositiones ad male vel non bene agendum. Bona igitur naturalis dispositionem ex parte virtutis appetitive vocat Aristoteles. virtutem naturalem que natiuitate et mores inatos nobis dicitur quod omnibus videlicet singulos mores existit natura aliqualem tenent iusti et temperati et fortes et alia confestim habent a natiuitate. vocat etiam mores non quia sunt vere mores. cum sint absque omni consuetudine. sed mores dicitur quia morum habent similitudinem. Et non solum invenitur dispositio naturalis inclinans ad bonos mores. sed etiam ad malos que vocari potest malitia naturalis. multi enim a natiuitate inclinant ad iracundiam. ad intemperantiam ad avaritiam et sic de aliis. et hoc invenientes probatur bene ab Aristotele. in sexto de animalibus. Bona autem di-

spostionem ex parte virtutis cognitive vocat Aristoteles demoticam. quod forte idem significat quod industria naturalis. prout autem dispositio potest vocari ebetudo. et cum homo spiritus habeat in organo virtutis cognitive mobiles et flexibiles. ad quod disponit humiditas et caliditas ipse naturaliter dicitur inveniunt multitudinis mediorum ad quemcumque finem voluerit. et si cum hoc organum memorie fuerit bene receptivum. ad quod bene disponit frigiditas et siccitas organi. tunc ipse erit bene iudicativus et profunde propter experientiam que non nisi ex multis mediis proficit. unde talis erit naturalis ebullitio et synesis. et ita valde bene erit dispositus ad prudentiam si bene sit dispositus. ad mores siue ad virtutes morales. et si fuerit dispositus ad vicia. tunc ipse propter naturam habebit maximam ad astutiam. si vero contrarie fuerit dispositus. erit ebrius omnino nec potest ad aliquid dare consilium. nec de consiliis sciens iudicare. imo quicquid nec potest ad hoc quantumcumque volens recipere disciplinam. et talis dicitur asinus vel asinus propter defectum iudicii. Et dicitur ab a quod est sine et synesis. Et dicitur abulio propter defectum consilii ab a quod est sine et bula quasi sine bula. vel melius ebullio ab e quod est extra. et quicquid etiam contingit aliquos esse rudes in consilio profundos autem in iudicio vel e converso. secundum varietatem dispositionis naturalis diversorum virtutis sensibilis organorum. dicte autem dispositiones naturales ex parte appetitus. quia disponunt ad virtutes morales aliquam virtutes morales dicuntur. et quicquid dicuntur prudentia quia disponunt ad prudentiam. si ergo prudentia et virtus moralis capiuntur per deas naturalibus habitibus vel dispositionibus. non est dubium quod separari possint et in hominibus et in animalibus brutis ut apparere potest in toto libro octavo de animalibus et in libro de phisonomia Aristoteles. et per conclusionem notissimam. sed dicti habitus non debent dici proprie et principaliter virtutes in hominibus. quia non proficiunt simpliciter intellectum et appetitum nec eos determinant ad optimas operationes ipsorum imo demotes ita disponit ad astutiam ut ad prudentiam. propter quod tales habitus scilicet de imus potest esse pessimus si male fuerit imo rigeratus. virtutes autem naturales semper in idem opus inclinant quantumcumque circumstantie fuerint repugnantes. exemplum fortitudo ad semper expectandum pericula. mansuetudo ad semper sustinendum iniurias et patiendum. liberalitas ad semper expendendum vel indigne omnibus dandum. et sic de aliis non enim sequuntur principium directivum scilicet discretivum circumstantiarum sed inclinant sicut

gravitas que semper monet lignum deorsum siue in locum conservativum ipsi. siue in locum destructivum ipsi. puta ubi erit ignis combures ipsi. sic autem inclinare semper in idem non est bonum sed aliquam malum valde. quoniam aliquam fugiendum et aliquam aggrediendum est. et aliquam dandum et aliquam retinendum. habitus autem illi qui dicuntur proprie et principaliter virtutes appetitus sunt illi qui semper ad optimum opus inclinant appetitum. de quibus dicendum est quod non possunt acquiri perfecte sine prudentia. quod potest declarari. tales habitus non sunt naturales ut apparuit ergo sunt ex assuetudine acquisiti. consuetudo autem vel est multiplicatum exercitium solum operationum vel ex hominum multiplici exercitio generatur. Operationes autem sunt dupliciter esse siles. Vno modo secundum substantiam ipsarum. ut dare et dare. vel aggredi et aggredi etc. Alio modo possunt dici conformes secundum similitudinem seu similitudinem ad aliquam regulam. Exemplum si la tomus unum lapidem faciat acutum. et alium rotundum et unum rectum. et alium tortuosum. regula data sibi tali exitu. ipse dicitur semper consiliter operari quia conformiter regule sibi date. habitus autem inclinans se per appetitum ad opus bonum non est generatur ex operationibus secundum substantiam consilibus quia tunc semper inclinaret in tales. quemadmodum habitus naturalis. quod non esset bonum. non enim oportet semper agere consiliter secundum substantiam operationis. sed aliquam aggredi et aliquam fugere. aliquam dare et aliquam retinere etc. oportet igitur illum habitum esse generatum ex operationibus sibi secundum proportionem ad regulam. regula autem cuius operatio conformis fit semper bonam et optima est recta ratio de agibilibus distribuens secundum circumstantiarum exigentiam quoniam opus sit intendendum aut remittendum et ubi. et quomodo. et sic de aliis ad perfectionem operis requisitis. hec autem recta ratio prudentia est vel opus proprie prudentie. manifestum est quod virtutes appetitus dicte proprie et principaliter non possunt sine prudentia generari. Plurimi autem valde decipiunt opinantes quod virtutes inclinant ad certas passiones et operationes secundum substantiam. puta medias. et sic putant virtutes esse vere medias extremorum viciorum. sicut tepidum est medium calidi et frigidi. et ita putant virtutes ab iniuria et a prudentia posse separari. quod est totum falsum. imo virtutes inclinant ad insequendum se in omni tempore iudicii rationis quodcumque recta ratio suaverit. propter quod ad vicia se habet quasi totaliter disparte. vicia namque inclinant ad certas operationes et passiones. virtus autem semper ad iudicium rationis. Adhuc ulterius sciendum est quod aliquis potest assuefieri in operationibus

consonis recte rationi dupliciter. uno modo quod non sibi sed alteri credat prudentem et secundum eius consilium operetur. Et isto modo habitus generabitur bonum in appetitu sed non perfecte simpliciter. quia cum deficeret doctor exterior. non haberet quo modo possit recte operari et quia corda hominum sunt nobis occulta. propter quod aliquam credimus tale fore prudentem et bonum virum. quod est astutus et malus. idem non erit bonum ad eum inclinare suum appetitum. propter quod oportet ad perfectionem virtutis moralis habere prudentiam in se ipso. Et forte quod si intendebat Aristoteles. cum dixit non enim quod solum secundum rectam rationem sed qui cum recta ratione habitus virtus est. Ad rationes ad primam dicitur quod ad concessionem primorum principiorum practiorum omnem actum prudentie perfectionem non indigemus virtute morali perfecta. sed sufficit virtus moralis inchoata per bonam natiuitatem quam vocamus naturalem vel per assuetudinem doctrinalis a parentibus vel aliis suadentem vel cohortantem. Ad aliam dicitur quod boni homines dicuntur si solum habeant habitum inclinantem ad credendum his que putant esse prudentes et ad operandum hoc secundum consilium ipsorum. talis autem habitus non est perfecta virtus ut dictum est. et tamen illa acquiritur secundum rectam rationem licet non sit cum recta ratione. cum etiam homo licet non possit habere prudentiam perfectissimam siue scia doctorum librorum vel egpollentium. tamen multa potest habere prudentiam et per omnes virtutem multam moralem sibi correspondentem licet non perfectissimam. talis autem dicitur bonus simpliciter. idem non oportet omnes habere perfectissimam. unde primo rhetorice dicit Aristoteles quod virtutes morales existimandum oportere quidem participare omnibus. sed non eodem modo. sed quantum unicuique ad sui ipsius opus. Ad aliam potest dici quod sanitas ad corpus est virtus naturalis appetitus ad appetitum. non ut virtus principalis saltem quantum spectat ad propositum. propter quod in aliquo casu sanitas potest esse corpori causa male dispositionis. ut si quis in tantam multum comederet. corpus propter sanitatem bene dirigentem et multum in substantiam corporis convertentem poterit super repleti. ut humores iam peccent in quantum. licet non in quali. ex quo oportebit tandem illos humores corrumpi. et ita generari egritudinem aut mortem. per idem patet quid sit dicendum ad aliam rationem et ultima ratio soluta est per predicta. Et sic finitur.

v Inesimo primo queritur. utrum virtutes morales sint necessario conexe ad iniuriam Et arguitur quod non. quia generantur ex eodem y iiii.

exercitio actū 2<sup>o</sup> huius. aliquis aut pot exerceri in actu vnius virtutis absq hoc qd exerceat i actu alterius. Item aliquis pot esse magis dispositus vt a natura vel aliunde ad vna virtutem q ad alia. vn dicitur sexto huius oibus eniz videt singulos mores existere naturat. s3 forma ceteris paribus generalitius. 7 pfitur i materia magis disposita ad ipam. ergo ho habet acquirere vna virtute nō alia. Cōfirmat qd si vna nō posset acquiri an alia. tūc ex actuvnius virtutis alia virtus acquireret. qd est fīm.

Itē oportet assignare cam connexionis vel ex pte pncipii effectiui. qd nō videt qd causantur ex actibus. 7 aliqs pot exercitari circa vnius actū absq. vel ex pte subiecti qd non pot dici. qd vt omīs virtutes morales sunt in appetitu. ita omīs intellectuales in intellectu. q tū nō hnt necessariā cōnexionē. vel ex pte obiecti. qd nō pot esse qd distinguunt penes obiecta. vel ex pte finis. qd esse nō pot. qd fines p prios habent diuersos. si aut habeant vni finem cōem. ita omīs hitus intellectuales. imo 7 oēs humane opationes vt dictū fuit ergo 7c. Itē signū hitus generati est delectatio in ope scō huius. s3 aliqs pot delectari in recte opādo circa materiā tpantie. absq hoc quod delectet in opando circa materiā fortitudinis g 7c. Itē quarto huius dicit A. q licet omīs magnificus sit liberalis. nō tū oportz q oīs liberalis sit magnificus. 7 multi sūt viri magni pōderis in iustitia fortitudine aut magnificētā parū sciētes de ludis circa quos est eutrapelia. Itē opationes nō sūt cōnexe nec dispositiōes ad virtutes sūt cōnexe nec vicia sūt cōnexe. nec habitus intellectuales g sili mō videt 7c. Itē si essent cōnexe. tūc vna corrupta omīs corrūperet. quod nō videt nccium quia corruptio forme nō videt esse nisi p actionē cōtrarii. vel p corruptionē subiecti. pmo mō nō est necessaria. qd actus cōtrarii vni virtuti corrūpentes eam nō sūt cōtrarii alteri virtuti. nec 2<sup>o</sup> mō qd potentie anime manēt. Item hoc erit ppter cōnexionē ipsarū prudentie vni exnti vt dicit A. s3 vt pus de alius argutū fuit. pot argui q prudentia nō sit vna tm. 7 q virtutes nō sūt cōnexe prudentie. Oppositū dicit A. dicendū est breuiter q si p virtutes morales nos intelligamus habilitates naturales de qbusin pcedenti questione locuti sumus. ille nō essent necessario cōnexe. nec ad innocē. nec cū prudentia vt apparuit. Item si p virtutes morales

intelligamus hitus bonos cōsuetudinales ipsius appetitus. posset esse dupliciter. Vno mō qd de illis hitibus seu virtutibus loqueremur fm q sunt in statu cōsummate pfectionis. Alio mō put sūt adhuc inesse aliquantū imperfecto. ergo isto scō mō loqremur de virtutibus moralibus. puto qd sūt ab inuicē sepabiles. vt pbat pma rō 7 scōa 7 forte alie. Si vero virtutes capiunt fm statū sue cōsummate pfectionis. puto qd nccio sūt cōnexe. quod pbat pmo ex ordine virtutū ad inuicē sic. qd nō opat circa materiā tpantie vt oportet qd occurrit sibi materia illa. 7 prompte 7 delectabiliter. ille nō habet virtutē tpantie cōsummatā. s3 q nō habet fortitudinē cōsummatā casus pot accidere q nō opabit circa materiā tpantie vt oportet vel salte nō prompte 7 delectabiliter. g qui nō habet fortitudinē cōsummatā. ipse nō habet tpantiā cōsummatā. maior videt nota ex libris pcedētibus. virtus eni semp inclinā circa obiectū suum ad opandū prompte 7 delectabiliter quod oparet 7c. nullo eni mō tpantia pfecta pmittit peccare circa obiectū tpantie nec cōmittendo neqmittēdo. qd sic erit peccm in tpantie qd tpantia nō pmittit. Minor pbat qd si qd nō fuerit cōfirmatus in fortitudine. tantū terribile poterit inuenire. qd mouebit appetitū pter iudiciū recte rōnis. sicut si crudelissima mors imineat nisi meche in pte aget ex timore g 7c. Ad istā tū rōem respōdet pbabilit q si tpantia esset cōsummata deficientē fortitudinē nunq obiectū terribilissimū moueret ad actū in tpantie circa obiectū tpantie. s3 ille pus vellet mortē sustinere. tū circa obiectū fortitudinis moueret ad actū timiditatis. 7 mō cōsimili dicere de aliis virtutibus. s3 forte q ista respōsio tolleret p sequētes rōnes. 7 salte p dicta ratio cōcludere videt q tpantia cōsummata nō posset esse sine multa fortitudine licet nō penitus cōsummata. qd eni ppter iudiciū turpis repulsam circa quācūq materiā vellet incurrere mortē crudelissimā. nisi multa fortitudine munitus. nō apparet nisi forte ex arbitrii libertate. scōo pbat idē ex ord ne virtutū ad prudentiā. qd deficientē fortitudine deficit prudentia circa obiectū fortitudinis. 7 deficientē prudentia circa obiectū fortitudinis. deficit prudentia circa obiectū tpantie. 7 deficientē circa obiectū tpantie. deficit tpantia. ergo deficientē fortitudinē deficit tpantia. Proposicio pma apparuit questione decima nona hui<sup>9</sup> libri. virtus ei mo

ralis requirit ad recte iudicandū de practicis pncipiis. 7 ad recte iudicandū de mediis inuētis. 7 ad firmiter pncipiendū de iudicatis. Secūda aut ppositio manifesta est p hoc qd vna ea dē est prudentia circa obiecta oim virtutū moralium vt dictū est supra. Sed tertia ppositio apparuit in questione pcedenti. cū eni virtutis sit inclinare ad illud quod recte iudicātū est 7 pceptū 7 nō in aliud. manifestū est qd deficientē recto iudicio deficit recta inclinatio g 7c. Alii tū tenēs alia viā respondēt forte pbabilit q in casu aliquantū tacto defectus iudicii circa obiectū tpantie nō fit ex defectu tpantie tantā ei habebat ille tpantiā q nunq passio ptenens ad tpantiā seduxisset intellectū. sed passio ptenens ad fortitudinē seduxit illū. ideo totū peccatum est ex defectu fortitudinis. vt si fortes 7 plato portaret lignū pōderosum. 7 fortes in hoc labore debitā vim corporalē appofuerit. plato aut piger exns subcubierit. tunc pstat q lignū cadet ab humeris vtriusq. 7 forte ledet fortē. nō tū ex defectu fortis s3 ex culpa platonis. videt ergo mihi 7 aliqbus q licet dca rō bñ cōcludat qd ad semp opādū bñ circa cibos 7 potus nō sufficit tpantia. s3 idigeam<sup>9</sup> aliis virtutibus. cū earū obiecta circūstitesint. 7 q ita virtutes necessario sint cōnexe tamē nō pbat qd absq fortitudine saltem completa possit in nobis compleri temperantia sic q delectationes tactus 7 gustus nō habebūt vim inclinatiuam appetitus pter iudiciū rōnis nec vim peruersiuam iudicii rationis licet aliunde perueri possit. scilicet per alias passiones. ideo forte rationes prius facte per rationem sequentem fortificabuntur. per quam apparebit amplior cōnexio virtutum q adhuc apparuerit. Tertio igitur dicta conclusio probatur ex ordine virtutum ad finem. virtus enim non solum est habitus electiuus sed electiuus propter hoc. scilicet honesti gratia sicut apparuit in secundo. virtutis igitur est inclinare in honestum propter honesti vel ipsius dei amorem secundum seipsum 7 ob hoc refrenare passiones appetitus: ita determinare appetitum contra impetus passionum. q nullo modo subducatur rationem. appetitus autem non potest firmissime resistere passioibus propter honesti vel dei amorem. nisi sit in tali amore pfectissime confirmatus. quoniam propter vni quodq tale 7 illud magis. si igitur firmiter resistit propter firmiter amare. sequitur qd si fir

missime resistit passionibus q magis firme amat deum vel honestum Arguitur igitur sic. si quis habet temperantiam consummatam aut aliam quācūq virtutem moralem. ipse firmatus erit in amore dei v honesti perfecta sed quicūq in tali amore firmatus est ipse nullo genere passionis permittit se inclinari contra honestum cum hoc sit in potestate sua. nec aliqua de causa permittet passiones inualescere super rationem. aliter enim nō esset pfecte firmatus in honore honesti talis autē est perfectus fm omne genus virtutis moralis. virtutes ergo morales sic connectuntur necessario q nulla potest nobis acquiri sine amore honesti. amor autem honesti cogit ad recte rōcinandū 7 recte eligendū circa obiecta virtutum moralium. non vnius tm s3 omnium etiam cogit siue determinat ad recte opandū quotiens nobis occurrit materia. ex huiusmodi autē rectis ratiocinationibus electionibus 7 operationibus multiplicatis omnes virtutes morales ex prudentia generantur. quāto magis ac magis multiplicantur ille electiones 7 operationes. tanto magis ac magis amor honesti firmatur in appetitu. 7 iterum e cōuerso quanto amor honesti intenditur. tāto magis cogimur ad rectam electionem 7 operationem circa singula agibilia. vit virtutes omnes magis ac magis intenduntur. 7 iterum cum amor iusti tandem fuerit consummatus perfecte tūc omnes virtutes morales erunt perfecte voluntas enim habens potestatem detinendi appetitū determinabat ex toto propter assuetudinē et honesti amorem ad detinendum ipsum. quo detento nulla erit causa male iudicandi de agibilibus. neq male eligendi vel male prosequendi. nisi forte ignorantia inuincibilis. que peccatum excusat Item videtur mihi q non esset malum dicere quod ad omnem virtutem moralem perfecte consummatam duplex pter prudentiam requireretur habitus consuetudinalis. vnus firmans et determinans appetitum ad amorem honesti qui generatur ex multis actibus amandi honestum. Alius firmans 7 determinans appetitum ad faciliter sustinendum tristitias corporales. et refrenandum voluptates et ocia. et ad reprimendum impetus aliarum passionum que posent appetitum mouere ad rebellandum rationi. 7 ille habitus generatur ex assuetudine sustinendi et refrenandi et reprimendi dicta

passiones. Quod enim isti hitus sint distincti rationabiliter patet per se quod uterque si de reliquo potest acquiri. multi enim mali sine amore honesti verbi gratia propter ipocrisim vel propter lucrum aut honorem mudanum assueti sunt vigilare ieiunare et labores plurimos sustinere. vel etiam non timere terribilissima. quomodo aggredi piculissima. ex qua assuetudine generatur hitus per quem illi faciliter et propterea faciunt hec omnia et alia consilia. que autem dei hitus acquisitione fuissent valde difficilia. Sicut eorum si quis in camera clausa detinetur per totam vitam. ut sibi non occurrerent obiecta passionaria videlicet terribilia vel tristibilia obiecta. de licati cibi vel lasciuie mulieres. pecunie. vel honores et hominum talia valde bene possent assuesci in amore dei vel honesti. exercendo se in actu frequentem amandi deum. et volendi proferre ceteris omnibus omne illud quod sciret esse honestum. Primus autem istorum hituum non est bonus. neque meritorius sed absque seculo. cum possit in prauis repiri. seculus autem est secundum seipsum bonus et meritorius. sed forte non est sufficiens ad operandum bene totaliter semper et facilius quod per primo quia licet habens eum possit et vellet sustinere et de facto sustineret maximas tristitias ad seruandum honestum. tamen hoc non esset facilius neque sine rebellionem aliquam appetitus. propter quod forte talis hitus sine primo statum continentie non transcendit. Secundo etiam talis hitus seculus sine primo non haberet sibi annexam prudentiam multam extensiuam propter inexperiencem agibilibus humanorum. propter quod habens eum non possit in multis agibilibus circumstantiatis omnes circumspicere circumstantias. nec habere prompte modum consilii. et ita putaret sepe prodesse quod obesset. tales igitur hitus non sufficeret ad semper bene operandum. et dico bene operandum quo ad bonitatem operis exterioris talis enim nunquam aliquid malum eligeret nec ipsum faciendum esse iudicaret. nisi propter sibi inuincibilem ignorantiam. ipse enim ex quo firmatus erat in amore honesti exercebat opera virtutum exteriora si potuisset. et sic expertus fuisset in humanis actionibus et prudentiam sibi acquisisset potest perfectius potuisset. propter quod si malum agat ex ignorantia. non est culpa sua videtur quod illorum habituum uterque per eius connexionem ad alterum proficit. et ex eis vna virtus perfecta per sumata ad bene operandum constituit. puto enim quod habitus seculus ceteris paribus firmatur fortius in eo quod habet habitum primum. quam si careret eo. videtur etiam mihi quod talis virtus sic totalis sit vnica secundum seipsum aut etiam secundum numerum. circa omnia humana agibilia

quo ad habitum secundum quem in se claudit. et quod sit specie diuersificata quo ad hitum primum secundum diuersitatem obiectorum. eo modo quo in libris precedentibus determinatum fuit de distinctione virtutum. distinctio namque hituum videtur oriri ex distinctione for mali obiectorum. omnia autem agibilia humana non sunt obiecta seculi hitus nisi secundum vnam rationem scilicet rationem honesti. seu consonam recte rationi. sed ipsa sunt obiecta primi hitus secundum quod sunt illatiua passionum ipsi appetitui. id est sunt diuersa genera passionum. operum virtutes specie diuersificari. Et iterum vnde mihi quod virtus ipsa totalis quantum ad hitum primum sit magis de genere viciorum. non quo ad malitiam sed quo ad substantiam. quam quantum ad hitum secundum. hitus enim seculus videtur omnino ad vicia se habere disparte. nam hitus primus et vicia determinat appetitum in ordine ad passiones. hitus autem seculus in ordine ad rationem. et placet mihi dictos duos hitus distinxisse siue bene siue male ut aliis deest occasio profundius ingredi. Ad rationes ergo dicendum est Ad primum quod nullus propter perfectum amoris honesti exercitari potest in operibus vnus virtutis. quoniam exercitetur in operibus alterius etiam exterioribus si materia occurrat. et si non occurrat. tamen secundum interiore actum exercitabitur. aliter non superaret honestum. sed concedo bene quod aliquis potest exercitari in opere operato propter preceptum patris aut propter timorem pene aut infirmitatis vel propter aliam causam tale particula rem. absque hoc quod exercitetur in opere iusto vel forti vel magnifico. sed nunquam per hominum exercitationem sibi acquireret perfectam tranquillitatem. licet bene disponeret se ad eam. Ad aliam conceditur quod aliquis potest imperfecte prius acquirere tranquillitatem quam acquirat fortitudinem. sed perfecte non habebit eam. donec erit perfecte consummatus in amore honesti in quo non potest mabit. nisi cum acquisitione aliarum virtutum. Quia etiam dicitur quod vna virtus non acquiritur per actum alterius. dico quod verum est in quantum ille actus est proprius illi virtuti. tamen in quantum in quolibet actu cuiuslibet virtutis concurrat vnus communis actus puta amor honeste quilibet virtus per actum cuiuslibet alterius virtutis generatur aliquo modo. et intenditur et firmatur. Ad aliam potest dici quod ratio connexionis accipitur ex ideitate finis cuius amor concurrat necessario ad omnem actum virtutis nec est sile quo ad hoc de habitibus intellectualibus quia licet sit vnus finis communis ipsorum. tamen non oportet in omni actu ipsorum habere oculum ad illum finem communem. potest etiam dici quod ratio connexionis sumitur ex prudentia quam vna existens est regula dictans et precipiens opera omnium virtutum moralium. quod iterum puenit ex

idemitate finis. quia scilicet prudentia simpliciter dicta semper in omni actu suo habet oculum ad honestum. Ad aliam dicendum est quod non esset vera et perfecta tranquillitas per quam delectaremur in opere temperato. nisi delectaremur in eo propter perfectum amoris honesti. si autem sic aliquis delectetur in opere operato. ipse necessario delectabitur in opere virtuoso. Alia ratio soluta fuit in septima questione quarti libri per quam ipsa arguit de liberalitate et magnificentia. sed per quanto ipsa arguit de eutrapelia que est circa ludos. dicendum est quod non oportet eutrapelium esse citaristam vel ioculorem. sed sufficit quod aliquid modicum solatii participet aut in verbis aut in factis. ut cum eo non sit tristis coicatio sed delectabilis. hoc autem potest parere possunt omnes qui non sunt simpliciter bestiales vel aggresses. et si possunt. tunc necesse est ut in hoc exercitetur se si sint vere amatores honesti. Ad aliam procedendum est quod dispositiones naturales ad virtutes non sunt connexe. nec virtutes sub esse imperfecto. nec vicia. nec hitus intellectuales quia non oportet quod ad vnam communem finem aspirant in omnibus actibus suis. sed perfecte virtutes sunt connexe propter se quod omnes sue operationes sunt connexe ad operationem aliquam prudentie vniuersalis vel etiam ad aliquam communem operationem voluntatis puta ad amoris honesti. Ad aliam dicendum est quod si sit aliquis actus qui propter eius contrarietatem ad virtutem vel actum virtutis sit corruptius virtutis. necesse est illud esse non solum vni virtuti contrarium sed omni virtuti. quia nullius virtutis potest esse corruptius. nisi quia in se claudit defectum amoris honesti. propter quod aliquantulum profert honesto. si autem omni virtuti perfecte repugnat. de vltima ratione dictum est satis in precedentibus. Et hec de questione.

Veris vicissimo seculo vtriusque sapientia sit virtus melior quam prudentia Arguitur quod non quia virtus felicitabilior est melior sed prudentia est felicitabilior cum septimo politice dicat Aristoteles quod quidam igitur vnicuique felicitatis adiacet tamen virtus quod est virtus et prudentia et eius quod est agere sed has sit concessus nobis. teste deo quod felix quod est virtus. propter nullum aut extrinsecorum bonorum etc. Item parum post dicit nullum aut bonum opus neque viri neque ciuitatis sine virtute et prudentia. sed multi multa bona operantur sine methaphysica quam sapientia dicitur. sed prudentia est magis nobis necessaria ad bene operandum per se ipsa est melior. Quidam etiam hoc omnino conuincere putantes arguunt sic illa virtus

est melior. quam proficit meliorem anime particulam. prudentia autem est hominum generis etc. Maiore videtur Aristoteles. ponere decimo huius expresse et in septimo politice. Minor autem probatur multipliciter. Primo sic illud est optimum hominis quod corruptum per malitiam et extinguitur per bestialitatem sed particula perfectibilis per prudentiam est hominum et non particula spectatiua. generis etc. Maior istius per syllogismi patet septimo huius ubi vult Aristoteles. quod optimum in homine malo malitia humana aliter corruptum est quam in homine bestiali. quam in homine malo corruptum est quia deprauatum in homine vero bestiali sic corruptum est. quod non videtur esse. Minor autem apparet in sexto huius expresse ubi dicit Aristoteles. quod tranquillitas saluat prudentiam. et tranquillitas siue malitia corrumpit eam. que tamen non corrumpit neque peruertit estimationem speculatiuam puta quam trigonum duobus rectis equalibus habet Secundo minor principalis probatur sic. principalissimum in homine est id quod est maxime homo sed pars perfectibilis per prudentiam est illud quod est maxime homo ergo etc. Maior videtur nota de se. Minor probatur per rationes philosophi nono huius. nam illud in homine maxime dicitur homo in quod continere vel non continere homo dicitur continens vel incontinens. et in quod vincere aut vinci homo dicitur victor aut victus sed hoc est pars prudentialis. non pars aliqua speculatiua. ideo etc. Tertio probatur minor principalis sic naturale precipiens melius est obediens sed pars prudentialis precipit parti sapientiali probatur per Aristotelem sexto huius dicentem quod prudentia licet non precipiat sapientiam. tamen precipit eius gratia. Arguam ergo sic cui precipit prudentia. illi precipit pars per prudentiam perfecta. sed prudentia precipit parti per sapientiam perfectibili sed quod speculetur gratia sapientie acquirende propter quod etiam in principio huius sexti et in 3o de anima vult Aristoteles. quod pars speculatiua nihil mouet practica aut mouet ceteras potentias. Et confirmatur quia cui precipitur appetitus intellectiuus eidem principatur intellectus appetitiuus qui est intellectus prudentialis. habent enim se inseparabiliter in mouendo. propter quod Aristoteles pro eodem habuit electionem esse appetitum intellectiuum vel intellectum appetitiuum et in tertio de anima voluit quod appetitus nihil mouet sine intelligentia practica. neque hec sine illo. sed appetitus intellectiuus principatur intellectui speculatiuo et vniuersaliter omnibus potentis anime. unde cum volumus ambulamus et cum volumus. speculamur. et cum non. non

ideo etc. Item ad principale arguunt illi sic prudens methaphysicus melior methaphysico non prudente. Sed prudentia est melior quam methaphysica prout de le nota. Sed ante probat sic. quod simpliciter est bonum homo. est melior quam quod non bono simpliciter homo. quia impossibile est simpliciter prudente esse et non esse bonum hominem ut apparet in isto sexto. Sed methaphysicus non prudens non est simpliciter bonum homo. quia sine prudentia et morali virtute nullus potest esse bonum homo. Item illa virtus est melior cuius principalis effectus et proprius est melior. Sed finalis effectus prudentie est melior quam finalis effectus sapientie. probatio quia finis sapientie est scire solum vel speculari ut apparet per hemio 2<sup>o</sup> methaphysice. finis autem prudentie est bene vivere totum. si autem est melius quam scire tantum. Item illa notitia est melior quam est regula et mensura bonitatis humane. quam que non. Sed sola prudentia est huiusmodi ut vult Aristoteles. sexto huiusmodi. dicens signum autem. et enim nunc omnes qui diffiniunt virtutes apponunt huiusmodi dicitur et ad que est finis recte rationem. quoniam talis huiusmodi virtus est quam finis prudentia. recta autem quam finis prudentia videntur utque dinare aliquid omnes. et ob hoc in 2<sup>o</sup> huiusmodi recta ratio accepta fuit in diffinitione virtutis. Similiter etiam Seneca et Tullius per omnes libros suos videntur omnem naturam felicitatem reducere ad mores quorum tantum prudentia regula est et dominus. et si quod dicitur sapientiam felicitare. videntur uti nomine sapientie per prudentiam. Oppositum videtur sepe tenere Aristoteles. in isto. scilicet xto dicens erit utique sapientia intellectus et scientia. et que admodum caput huiusmodi scientia honorabilissimorum. quoniam arguat sic huiusmodi ille est melior et honorabilior quam est circa melius et honorabilior obiectum sapientia autem versatur circa deum et intelligentias. quod multo sunt nobiliores quam sit homo et actus humani. circa quam versatur prudentia. unde subdit Aristoteles. inveniunt utique si quis scientiam politicam vel prudentiam studiosissimam estimat esse. si non optimum eorum quod in mundo. homo est. Item in fine sexti huiusmodi dicitur quod sicut sanitas facit felicitatem corporis ita sapientia facit felicitatem anime et quod sicut ars medicinalis est ad sanitatem. ita prudentia est ad felicitatem. Ars autem medicinalis non principaliter sanitati non enim precipit sanitati quod aut quod opere. Sed precipit gratia sanitatis acgrude vel conservande tanquam ministra ipsi sanitati. et sanitas sit finis eius. Sed sicut prudentia erit ministra sapientie sapientia erit finis eius. si autem intendebat Aristoteles. in his verbis neque prudentia principalis est sapientie que admodum neque sanitas medicinalis non est utique ipsa sed videtur qualiter fiat illa cuius gratia precipit. sed non illi. et ponit Aristoteles. aliud exemplum. scilicet quod dicitur prudente

tiam precipitari sapientie sicut est ac si dicemus politiam precipitari diis. ex eo quod precipit circa deorum temple et sacrificia. non tantum diis sed gratia deorum et in fine magnorum moralium dicit Aristoteles. prudentiam se habere ad sapientiam. sicut procurator in domo ad dominum. qui omnia disponit et parat domini gratia. ut dominus a necessariis exsolutus possit operari sibi congruentia. sic et prudentia tanquam ministra parat locum sapientie. continens passiones et has trans. Item in decimo huiusmodi operatione finis virtutem optimam et optime prout que est perfecta felicitas dicit Aristoteles. esse speculativam. quod ibidem probat multis rationibus. Et in primo methaphysice videtur Aristoteles. omnino preferre methaphysicam ceteris habitibus intellectualibus. dicens et ut dicimus homo liber qui suimet et non alterius causa est. sic et hec sola scilicet methaphysica libera est scientiarum. sola namque hec suimet causa est. et ob hoc etiam totum genus speculativum videtur aliquibus excellere totum genus practicum. quia practice scientie sunt propter opus. speculativae autem propter se sed propter scire solum. Item parum post dicit Aristoteles nec tamen sed methaphysica aliam honorabiliorē oportet existimare. et probat. dicens. nam maxime divina est maxime est honoranda. talis autem duplex erit quam enim maxime deus habet dea scientiarum est. et utique. si qua sit divinorum. sola autem ista sed methaphysica ambo hec sortita est necessarios quidem omnes sunt ipsa. Dignior vero nulla. In solutione huiusmodi questionis ego precipio a sapientia et prudentia humanis omnem huiusmodi non bis supernaturaliter infusum. et ab ista vita vitam futuram. quero ergo si non esset alia vita nec aliquis habitus nobis supernaturaliter infusus. ita quod methaphysica que de primis causis. entium considerat ea que de eis possunt humana ratione convinci dicatur sapientia. et prudentia dicitur que circa agibilia humana sed que sunt in potestate nostra fieri vel non fieri. consideratur iudicat et precipit que sint agenda et que omittenda et qualiter. et quando. et ubi sint agenda vel omittenda et sic de aliis circumstantiis questio nunc solvenda esset an sapientia sit melior quam prudentia vel econtra. Ad quam questionem puta dicitur esse sicut dicit Aristoteles. quod sapientia est simpliciter melior et principalior sicut bene probant (ut credo) rationes Aristoteles. superius inducte. de quarum aliquibus forte considerabitur amplius in decimo huiusmodi. Sed ad prout aliquantulum habitudo sapientie ad prudentiam videatur finis intentione Aristoteles. Notandum est

quod sicut in maiori mundo omnia sunt ordinata sicut apparet in fine duodecimi methaphysice ita oportet in minori mundo sed in homine. si bene et feliciter se debeat habere. omnia esse ordinata. propter quod oportet aliquid in eo esse sine omnino aliorum in quod omnia tanquam in optimo reducuntur. et hoc est operatio finis virtutem optimam. in qua consistit humana felicitas. sicut apparuit in primo. et dicitur in decimo. Que autem sit illa virtus optima dubium est an sit sapientia vel prudentia vel virtus moralis. de aliis autem virtutibus nulli phorum dubitauerunt. quoniam autem illarum trium virtutum ponatur optima virtus. omnia finis dicta quod alie due sint ipsius gratia. vel operationes ipsarum operationis sue gratia. Sapientia autem non ordinatur finaliter ad prudentiam nec ad virtutes morales. nec ad ipsarum operationes. cum finis ipsius sit scire tantum vel ipsa vita. et non ad opus ut apparet per hemio 2<sup>o</sup> methaphysice. Sed omnia naturali ordine quod prudentia et virtutes morales ordinantur finaliter ad ipsam sapientiam et ad opus eius. propter quod sapientia erit optima virtus humana. et opus eius humana felicitas. Item si ad dei operationes aspiciamus. apparebit quod illa dei operatio quam ipse seipsum cognoscit et amat quam non est operatiua. sed sui ipsius contemplatiua tantum. est vel ex natura rei vel finis rationem multo nobilior quam illa quam ipse cognoscit aliam agit per se quod est operatiua. Sicut etiam operatio intelligentie quam ipsa contemplatur essentia diuinam est nobilior quam illa quam ipsa cognoscit et agit aliam. propter quod etiam videtur quod operatio nostra intelligentis quam ipse deum contemplatur quam est operatio sapientie sit nobilior quam illa qua cognoscit operatur eorum quam subsunt sibi. que est operatio artis vel prudentie. quod etiam ex hoc apparet quia cum deus sit finis omnium aliorum. et nihil sit bonum nisi propter causas finales ut dicit commentator 2<sup>o</sup> methaphysice. manifestum est quod nihil habet aliquid boni et perfecti nisi in quantum participat aliquam dei similitudinem. intellectus autem non magis efficitur sibi ipsi deo per ipsius contemplationem quam per eorum quam subsunt notitia et operationem. cum deus principaliter et prima intentione contemplet seipsum. et in intentione scolaria cognoscat et agat aliam. sicut bene declarat. commentator 2<sup>o</sup> celi commento decimo septimo et decimo 3<sup>o</sup>. Item videamus ad quod et quantum nobis valeat prudentia. et erit manifestum considerati. quod ipsa est cognoscitiua agibilium humanorum et actiua. modo non est dicendum quod ipsa per quantum est cognoscitiua precipiendo ab ea actiuitate sit nobilior quam sapientia. nisi dicas quod nobilior sit cognoscere cibum et potum etiam nulla debeat actio sequi. quam deum. quod est ab surdum valde. nec est nobilior finis quam actiua quia nihil verum nobis vale sua actiuitas nisi ad supplere

das corporis necessitates vel ad releuandas appetitus fragilitates. dato ei quod omnes essemus spiritum animalium et non idigeremus cibo neque potu et sic de aliis corporis exterioribus bonis quod appetit non non ferret in malum sed esset determinatus naturaliter ad ferri spiritum in bonum. unde statim quod actiuitas prudentie per se non tantum cognoscit. quia quanto perfectiores essemus tanto magis cognoscere possemus et vellemus. et ita unde statim quod actiuitas prouenit prudentie occasio ne diminutionis. cognoscit autem ratione perfectionis. propter quod cognoscit est nobilior actiuitate. sed prudentia quantum ad cognoscitatem non attingit ad nobilitatem sapientie ut dictum fuit. Sed nec quod ad actiuitatem. Si quis autem gratum vult omnia scia speculatiua sit nobilior prudentia. dicitur quod non. sicut dixi et declaravi in principio primi libri. Ad rationes ergo dicendum est. Ad primam quod illo loco Aristoteles. loquitur de felicitate politica. non de felicitate simpliciter. felicitas enim politica consistit in operibus prudentie felicitas autem simpliciter in opere sapientie teste deo quod felix quod est et beatus propter solam sui ipsius contemplationem. non propter quancumque ipsius in alia vel circa alia actionem. Ad aliam procedi potest quod nullum sit opus bonum sine virtute et prudentia. nisi voluntas sua libera potestate suppleat vices virtutis. et procedendum est quod multa prout fieri bona sine methaphysica propter quod bene procedit quod prudentia sit magis necessaria ad bene operandum quam methaphysica. sed non sequitur quod est melior. sic et probatur quod sanitas esset melior quam sapientia. et omnino ordinata in fine. quam finis. nam ordinata in fine sunt necessaria propter finem. non econtra. ut apparet in 2<sup>o</sup> physicorum. id est bene de methaphysica dicit Aristoteles. primo methaphysice necessarios quod omnes ipsa. dignior vero nulla. Ad aliam potest dici quod sapientia precipit partem anime nobilior quam prudentia. quia sicut visum fuit pars anime prudentialis et pars sapientialis non distinguuntur nisi ex distinctione actuum vel obiectorum. vel ex distinctione dispositionum requisitarum in eadem anima ad acquisitionem prudentie vel sapientie. modo apparet ex predictis quod quantum ad primam dominam pars sapientialis sit nobilior quia versatur circa nobilior obiectum et eius etiam operatio est nobilior quantum etiam ad secundam dominam videtur quod pars sapientialis sit nobilior. quia sic ipsa nihil aliud videtur esse quam anima tam informata prudentia et virtutibus moralibus et aliis scientiis speculatiuis. sapientia enim hec omnia supponit sicut finis ea que ad finem. ideo dicitur esse postrema via doctrine. Tunc ergo respondendum est ad rationes que videntur arguere contrarium.



Ad primam potest dici quod Aristoteles in illo septimo libro  
cabat optimum in homine totam partem rationalem distin-  
guendo eam contra partem sensibilem. ita quod non inter-  
debat distinguere inter partem prudentialem et sa-  
pientialem. illa autem tota pars rationalis per inpati-  
corrumptum primo et directe quo ad eius partem  
prudentialem. et ex parte quo ad partem sapientialem  
in quantum ipsa supponit prudentialem. sicut egritu-  
do corrumpit directe sanitatem. et ex parte tota per-  
tem sensibilem. Ad aliam dicendum est eodem  
modo quod ille rationes philosophi non huius non sunt nisi sunt  
comparatione partis intellectualis ad partem sen-  
sibilem. posset etiam concedi quod homo secundum eam cursum  
et eam modum loquendi magis dicitur pars pru-  
dentialis quam pars sapientialis. quia status sapientie  
eodem statu hominis excedit. propter quod de eo quod  
opus sapientie exercet dicitur in decimo huius. talis  
autem utique erit melior vita quam secundum hominem. non enim  
secundum quod homo est sic vivit sed secundum quod divinum aliquid in  
ipso existit. Propter solutionem alterius rationis  
potest notari quod omnes homines natura scire desiderant  
ut habet phemio methaphysice et Tullius in li-  
bro de officiis dicit. omnes enim trahimur natura  
liter et ducimur ad cognitionem et scire cupidita-  
te. propter quod forte dicendum est quod naturali ordi-  
ne non oportet quod pars prudentialis precipiat parti  
sapientiali. sed solum quod ipsa tanquam ministra pvideat de  
necessariis. et impedimenta remoueat. sed pertinet  
do passiones ordinata vires sensibiles. habili-  
tando ad facili et prompte sustinendum labores  
ita oportet quod parat parti sapientiali locum et idoneita-  
te operandi. hoc enim facere quolibet absque manda-  
to desideraret naturaliter addiscere et opus sapi-  
entiae exercere. pro posse et in actu transiret addi-  
scendi vel speculandi. quoniam ergo dicitur quod si volumus  
speculamur. et si non concedo. sed impedimentis  
remotis et ordinato appetitu nos volumus non  
ex precepto prudentie. sed ex naturali inclinatione  
cum hoc etiam si ista ratio valeret. ipsa concluderet quod  
prudentia esset principalior seipsa. quia prudentia non  
minus precipit parti prudentiali quam parti sapientiali. sicut  
ergo puer lactat matrem sic sapiens speculatur re-  
motis impedimentis absque precepto prudentie eo  
solo quod uterque ad utrumque naturaliter inclinatur

Ad aliam dicendum quod ratio falsum supponit. non enim  
est possibile aliquem esse vere methaphysicum sine  
virtutibus moralibus et prudentia. primo quia habet  
affectiones ad alia non potest bene studere. 2o quia tunc  
statim false iudicaret de divinis. oportet enim  
ex noticia istorum sensibiliu ascendere ad noticia  
diuinorum. et ea que perfectionem arguunt eis attri-

buere. et ab eis a se remouere. credentes pro-  
pter imprudentiam et morale malitiam quod delecta-  
tiones sensuales vel pecunie vel honores sint  
meliores quam sapientia vel iustitia credent vel nihil  
non esse deum alium quod ventrem suum vel quod diuitias vel  
honores. vel credent eius bonitatem et excellentiam  
in hoc consistere. quod utal nectare et manna et cibis  
maxime delicatis. vel in re quod habeat indefinites  
thesauros. vel quod plurimos habeat sibi ser-  
uitores. et non in hoc quod contemplet seipsum. et si ista  
non dicatur ore. tamen ea videntur habere mente. propter quod  
videmus valde multos expectantes vitam futu-  
ri seculi. magis velle perpetuo vivere sanos et iu-  
venes in hac vita. quam ad aliam aliquam transire. et sic er-  
go hitum circa diuina falsificant. et non habent methaphysica.  
sed hitum sibi contrarium. dicitur ergo quod verus  
methaphysicus est simpliciter bonus homo et per-  
fectus. prudens autem non methaphysicus est simpliciter  
id est absoluto sermone loquendo bonus homo. sed non  
perfecte et consummate. cum hoc etiam putandum est quod  
ois vere prudens plus habet de methaphysica  
non falsificata in mente. quam maximus disputator  
malus homo. Forte tu obitues quod secundum dicta videtur  
quod malitia non solum corrumpat estimationem pra-  
cticam. sed etiam estimationem speculatiuam. dicendum  
est quod ipsa non corrumpit directe et per se estimatio-  
nem speculatiuam. sed per accidens et indirecte. in  
quantum corrumpit media per que nati sumus ad  
estimationem speculatiuam venire sicut apparuit

Ad aliam dicendum est quod effectus finis est pru-  
dentie sic est bene vivere totum quia prudentia sim-  
pliciter dicta statuit sibi finem sapientiam vel opus  
sapientie. que tamen vel quod ipsa non elicit. sed ad illud  
finem adipiscendum ipsa ordinat circa alia totam  
vitam. finalis autem effectus sapientie est optima et su-  
prema vita continens omnem vitam inferiorem bonam  
sicut finis ea que ad finem. Ad aliam potest dici  
quod prudentia est regula et mensura totius boni-  
tatis humane politice non totius bonitatis hu-  
mane simpliciter nisi preparatiue sicut ministrum  
Dicendum est etiam quod Tullius et Seneca locuti  
sunt in suis moralibus de felicitate politica so-  
lum sed actiua. non de contemplatiua que est fe-  
licitas simpliciter. Et sic est finis questionum su-  
per sextum librum.

Vnc querendum erit super se-  
ptimum librum ethicorum. v-  
trum virtus heroica et bestia-  
litas sint possibiles homi-  
nibus. Quod non quia virtus heroica est  
virtus diuina sicut dicit Aristoteles  
sicut quia homines transformari  
solent in deos. sed virtus di-

uina non potest hominibus conuenire sicut nec virtus huma-  
na bestis. nec homines mortales exites potest fieri  
deum immortales. Item virtus heroica est  
virtus super nos sicut dicit Aristoteles. excedens virtutes  
humanas. sed talis non potest hominibus conuenire. quia virtus  
vniuscuius attenditur secundum maximum in quod potest.  
Item virtutes humane attenduntur secundum maximum et optima  
operum in que homo potest. modo ultra hunc non puenit hominibus  
virtus alia nisi si dare maximo maius et optimo  
melius. Item virtus heroica vel est circa obiecta  
virtutum humanarum. vel circa aliud obiectum. Si primo  
modo tunc non est distincta ab aliis. quod videtur esse  
se contra Aristoteles. Si 2o modo tunc non puenit hominibus.  
quia humane virtutes sunt circa omnia humana agibilia.

Item de bestialitate arguitur sic. bestialis non so-  
lum habet intellectum corruptum sicut in patris sed  
non habet intellectum. ut vult Aristoteles. sed nullus homo est  
qui non habeat intellectum. cum rationale sit propria diuina  
humane spiritus constitutiua. Item bestialitas ponitur  
circa delectabilia innaturalia. sed nulla sunt ista  
proprie. quia innaturale est violentum. et omne violentum  
triste. non ergo delectabile. 2o quia delectatio cau-  
sat ex coniunctione conuenientis. conueniens autem non  
est innaturale. 3o quia innaturalitas repugnat dif-  
finitioni delectationis. nam sicut apparet primo  
rhetorice delectatio est motus quodam anime et consti-  
tutio simul tota sensibilis in exite naturam.

Oppositum vult Aristoteles. Ad videndum quod per bestia-  
litate et heroicam debeamus intelligere. Sciendum est  
quod continentia et incontinentia (sicut videbitur post)  
sunt infra limites virtutis et malitie. virtus autem et  
malitia dicte humane sunt infra limites humane  
conditionis contra accepte. bestialitas vero et heroi-  
ca sunt extra dictos limites. cum enim homo sit natura-  
liter medius inter intelligentias et bestias. he-  
roica dicitur secundum quam ultra conditionem humanam  
homo eleuatur versus deum intelligentias. bestialitas  
autem est secundum quam citra conditionem humanam depmi-  
tur versus bestias. Est igitur dubitatio presentis. quomodo  
sit hoc possibile. Ad quod respondendum  
est. quod in proposito limites humane conditionis  
communiter accepte vocamus ad quos omnes  
homines habentes vsum rationis potentes sunt per-

uenire per bonam vel malam assuetudinem et eru-  
ditionem. hominem autem quidam sunt melius nati. scilicet  
habentes demoticam naturalem disponentes ad  
perfectionem prudentie. et habentes mores bo-  
nos naturales disponentes ad perfectionem vir-  
tutum moralium. Alii autem sunt peius nati ca-  
rentes demotica. et habent prauos mores natu-  
rales inclinantes ad malitias. modo non est pos-  
sibile prauos natos ad tantum peruenire gra-  
dum excellentie ad quantum possibile perue-  
nire bene nati. vel si hoc est possibile propter  
libertatem voluntatis sicut dicebatur in qu-  
decima questione quarti libri. tamen hoc est  
difficile. inuisum. ergo manifestum est quod bene  
nati possunt excedere limites humane con-  
ditionis communiter accepte. ad illo enim li-  
mites possunt ascendere prauos nati per bonam  
assuetudinem et eruditionem si habeant vsum  
rationis. nihil enim aliud est heroica quam vir-  
tus vel moralis vel intellectualis. quam in sum-  
mo potest sibi acquirere vir optime natus per  
optimam assuetudinem et eruditionem. Ita  
etiam dicamus quod vir male natus per defe-  
ctum eruditionis et malam assuetudinem. vel  
etiam per egritudinem posset dimittere vsum  
rationis ex toto vel quasi. sic quod a talem gradum  
bene natus absque egritudine descendere non  
posset. ita scilicet quod sicut bestia solo sensu vel quod  
si. vel etiam sensu deprauato reget vitam su-  
am. ita iam exiret a limitibus humane con-  
ditionis. Effet ergo bestialitas habitus secundum  
quem vsum rationis extincto vel quasi. ho-  
mo secundum solum sensum vivit. Vnde be-  
stialitas incontinentia et malitia sic distinguuntur.  
quod incontinentia peruertit rectitudinem  
in ratione. malitia vero peruertit rationem. besti-  
alitas extinguit eam. vel sic. incontinentia o-  
peratur contra electionem. malitia vero contra  
electionem. bestialitas autem ex impetu passio-  
nis omnem deliberationem vel electionem ex-  
cludens. Ex his ergo satis apparet quod bestiali-  
tas et heroica sunt possibiles hominibus. non om-  
nibus. sed heroica bene natis. et bestialitas male-  
natis. Apparet etiam quid sit utraque earum. et  
quod heroica non est virtus spiritus distincta contra vir-  
tutes humanas. sed est quodam modus ipsarum. consi-  
stit enim in excellentia quadam et summate ipsarum  
virtutum. Ad rationes ergo dicendum est. Ad primam quod he-  
roica non est virtus diuina proprie. sed secundum similitudinem.  
scilicet quia per eam homo sicut est possibile) si-  
millimus efficitur ipsi deo. Ad aliam dicendum



patit impetuose et rebellat rōni igitur. Scōdo dicitur quod cōtinētia est in voluntate. quia cū non sit in intellectu nec in appetitu sensitivo. relinquitur quod sit in voluntate. Et quia cōtinētia non tempat passiones. sed resistit eis: resistētia autem est alius ad alium: ideo opus aliam esse potētiam in qua est cōtinētia ab illa in qua ponuntur passiones. et quia prima differētia cōtinētis et incōtinētis: videtur esse in electiōe voluntatis. cōtinens enim eligit secundum rōem et dimittit passionē. Incōtinēs autem eōverso. Sed cōtra istā rōem obicitur quia tunc incōtinēs operetur secundum electionē quādammodū intempatus: cōsequens est secundum. quod per Aristotē. ponentem differentiā intempantiam ex una parte et incōtinētiā et mollitiē ex alia. dicentē quod plequens superabundantiā delectationē vel fugiens tristitias propter electionē dicitur intempatus. nō eligentiū autem hic quidē ducit propter delectationē scilicet incōtinens. hic autem propter fugere tristitiam que a concupiscentiā scilicet mollis. Alibi etiam dicitur quod delectabiliū plequens superabundantias si propter electionem et intellectū: dicitur incōtinens. Argueretur ergo per suā rōem contra ipsos sic. In illa potentia non est ponenda cōtinētia: que similitudine se habet in incōtinēte et cōtinente. sed voluntas est hominū. sicut enim vult habere rōem: ita et rectā electionē. sed sicut dicit Aristotē. vere rōi et rōe electiōi hic quidē immanis hic autem nō immanet. Sed illi rōderent quod licet voluntas ad aduētū passionis eligat secundum rōem: tamen in aduētū passiois dimittit rōem et sequitur passionē. propter quod adhuc prima differētia cōtinētis et incōtinētis est in ipsa voluntate. Tamen adhuc est dubitatio contra istos quia sicut in aduētū passiois voluntas cadit ab electiōe rōi ita et rōi: tunc infirmatur. imo cū actus voluntatis sit posterior naturaliter actu intellectus videtur quod infirmitas voluntatis eueiat propter infirmitatem rōnis. ideo forte dicitur cōtinētis et incōtinētis nō est primo ex parte voluntatis: sed post ex parte rōnis. De his autem magis videbitur infra. Quicquid tamen de hoc dicatur: ego puto esse dicendum de cōtinētia et incōtinētia sicut in fine primi libri dicitur de virtute et maliciā videlicet quod in appetitu sensitivo potest poni cōtinētia quādam et incōtinētia. et quod etiam involuntate ponenda est cōtinētia et incōtinētia et quod illa que est in voluntate principalior est ea que ponitur in appetitu sensitivo. nam in quacūque potētia potest esse simul circa idem obiectū inclinatio ad plequendum rōne delectatiōis sensualis: et inclinatio ad fugiendum rōne turpitudinis iudicate per rōem: vel etiam eōtra: ubi circa idem obiectū iuenitur simul inclinatio

ad fugiendum propter sensuale tristitiam et inclinatio ad plequendum propter delectatiōem rōe iudicatā ibi potest poni cōtinētia et in cōtinētia: scilicet dicitur inclinatioes sunt iueniri potest et in appetitu sensitivo: et in voluntate. igitur. maior videtur manifesta. quoniam si in illa potētia vincat inclinatio ad passionē illā que est ad rōem: erit incōtinētia. et si eōverso: erit cōtinētia minor sed appere potest ex dictis in ultimis questionibus primi libri: et ex dictis in tertio libro capitulo de voluntario et inuoluntario. et per experientiam manifestum est quod canis nō habet appetitū intellectiū. sed solum sensitivum: inclinatur ad plequendum cibū propter delectationē: et ad fugiendum quoniam dominus tenet baculum. Et mercator in mare tempestate veniente inclinatur ad saluandum merces propter lucrum: et ad pedendum eas propter sanitatē sui corporis. et vniuersaliter ubique iudicatū fuerit in eodē esse rōem aliquā bonitatis et rōem aliquā malicie: potētia nata sequi illa iudicia potest habere duplicem inclinationē. hanc quidē ad plequendum: illā autem ad fugiendum. quoniam ille nō sunt efficaces et complete. nunc autem sensus iudicat debet cibū hunc sequi quia delectabilis: et intellectus iudicat ipsum esse fugiendum quia indecens et vituperabilis: et appetitus sensitivus inatus est vtrūque plequi iudiciū secundum primum determinatā. Similiter intellectus a sensu et appetitu sensitivo stimulatus iudicabit cibū esse plequendum ea rōe qua est delectabilis et per primum rōinationē iudicabit ipsum esse fugiendum rōne turpitudinis et voluntas inata est sequi vtrūque iudiciū ergo. Manifestum est ergo quid sit respondendum ad primā rōem. Dicendum est enim quod in appetitu sensitivo et in voluntate ponenda est tempantia sicut dictum fuit in fine primi libri. Ad aliam concedi debet quod mores naturales bene disponunt ad cōtinētiā aut incōtinētiā sicut et ad virtutes et ad vicia. Si quid autem restat dicendum de mulieribus bestis dicitur in alia questione.

Veris quōto: Vtrum mulieres vel bestie vel homines bestiales debeant aliquā dicitur cōtinētes aut incōtinētes? Arguitur de mulieribus quod sic: quia cōtinētia sicut prius dicebatur et incōtinētia sunt infra limites virtutis et malicie. propter quod omnes potentes ad virtutem vel maliciā attingere possunt fieri cōtinētes aut incōtinētes. sed multe sunt inuēte mulieres valde male et multe vituose tā virtute tempantie quā virtute fortitudinis inuincibiliter castitate seruantes vel illesā virginitate et propter deū aut bonum virtutis seruandum volētes martiriū sustinē. Et Aristotē. primo politice loquens de mulieribus

domis et suis dicit quod morales virtutes existimā dū esse oportere quidē participare oēs. ideo. Itē ubi iuenitur usus rōnis et potestas tenēdi se in rōe vel egrediēdi a rōne ubi potest inueniri cōtinētia et incōtinētia. hoc totū iuenitur in mulieribus ideo. De bestialibus etiā arguitur quia aliqui dicuntur bestiales licet aliquid rōis habeat ex eo quod ipsa modicā participat. tales autem aliqui possunt se cōtinere in rōe: et aliquid egredi. ergo tales possunt dici cōtinētes vel incōtinētes. Itē de bestis arguitur quia ex eo quod aliquid duplicem habemus inclinationē circa idem videlicet ad plequendum vel fugiendum secundum quod hec inclinatio vincit illā vel eōtra nos dicimur cōtinētes vel incōtinētes. scilicet in bestis aliquid duplex talis inclinatio inuenitur: scilicet ad plequendum et fugiendum idem. sicut de cane dictum fuit in alia questione. Oppositū videtur velle Aristotē. in isto septimo. Dicendum est breuiter quod ad cōtinētiā et incōtinētiā proprie dictas put de his intendit Aristotē. in isto septimo regitur primo rōtudo rōnis et scōdo impetus passionis obiectus ipsi rōni propter quod id appet bestias aut homines bestiales ex toto carentes vsu rōnis nō posse dici proprie cōtinētes aut incōtinētes. Requiritur etiā viteri ad cōtinētiā et incōtinētiā proprie acceptas efficaciam seu validitudo quedā tam rōnis quam passionis si quis enim debilem habuerit rectitudinē rōnis propter impotentiam naturalem. et ab hoc sequatur impetū passionis ut pueri nō vituperantur. tamē incōtinētia est vituperabilis. illa ergo non est incōtinētia sed vocatur nature fragilitas. Similiter etiā si quis habeat debilem rectitudinē rōnis propter malā assuetudinē: ipse iam exit terminos incōtinētiē et subintrat terminos malicie. propter quod opus ad cōtinētiā et incōtinētiā proprie dictas rōnem esse forte et non facilem declinabilem. Ita etiā apparet quod si quis a debili passione vincatur: ipse reprobabit non solum ut incōtinēs sed ut malus. et si vincat eā nihil mirum. ideo non laudabitur inde cōtinētia tamē est laudabilis oportet ergo impetum passionis forte esse. Ex his apparet quod pueris vel hominibus bestialibus cōtinētia proprie vel incōtinētia non attribuitur propter debilitatē rōnis. sed nec mulieribus saltē ut in pluribus quia non sunt firmi iudicii sed variabiles propter fluidā et fragilem complexionē naturalem: cōtinētia tamē et incōtinētia sicut etiā virtus et malicia attribuitur eis imperfecte et secundum quod ut non voce mus eam cōtinētiā simpliciter nec virtutē simpliciter sed cōtinētiā aut virtutē pueri vel mulieris. Et hoc videbat Aristotē. intendere primo politice dicens

mulier quidē habet cōsiliū sed inuolūtū. puer autem habet quidē sed imperfectū. et quod similitudine existimā dū eni oportere habere omēs sed non eodē modo sed sicut vnicuique ad sui ipsius opus. Et addit quod nō est eadē tempantia viri et mulieris neque fortitudo neque iusticia. Cōtingit tamen in aliquibus mulieribus multū vigere rōem propter bonam naturam et assiduā eruditionē. quibus iam simpliciter proprie attribuēde sunt virtus et malicia: cōtinētia et incōtinētia: sicut viris. sed hoc est ut in paucioribus. Secundū hoc ergo et secundum ea que predicta sunt rōnes satis solute sunt et sic est finis questionis.

Veris quinto: Vtrum cōtinētia debeat dici virtus? Quod sic per Tullium in sua rhetorica reponit cōtinētiā sub tempantia tanquam partē quamdam vel speciem ipsius. et per Senecam numerat eā inter virtutes cardiales in suo libello de quattuor virtutibus. Itē incōtinētia est malicia cū ab eavirtutemur. ergo cōtinētia est virtus. Oppositū ponit Aristotē. qui postquam tractauerat de singulis virtutibus moralibus tractauit seorsū de cōtinētia. etiā ipsa nō distinguere cōtra tempantiam: cum ipsa veretur circa materiam temperantie. tamen Aristotē. in isto septimo distinguit inter ipsam et tempantiam. etiam in principio huius septimi Aristotē. conuoluit incōtinētiā malicie et bestialitati et cōtinētiā virtuti et heroice. dicit etiam Aristotē. in isto septimo incōtinētiā nō maliciā. ergo cōtinētia non est virtus. Etiam cōtinēs non est virtuosus quia dicitur primo huius quod in virtuoso et non in cōtinēte omnia consonant rationi ergo cōtinētia non est virtus. Dicendum est breuiter quod philosophi sepe videntur equoque nomine cōtinētie. sepe enim cōtinētia capitur pro omni abstinentia ab actibus venereis. et est sic idē quod virginitas vel vidualis castitas: de quibus in tertio libro satis dictum fuit. aliquid autem capiunt vniuersaliter pro temperantia: ita quod cōtinētia et tempantia sunt nomina synonyma. et ita capit eā Seneca. Et sic cōtinētia dicitur virtus sicut tempantia. Alio etiam modo capitur pro specie seu parte quadam temperantie: ita videtur loqui Tullius de ea. Alio modo capitur pro habitu quo insistentes rectitudinē rōnis resistimus passionibus in nobis vehementibus existētibus. non auferentes totum tractum ipsarum propter quod opus nostro: contradicentia quedam vel displicentia annexa est. et istomō determinat Aristotē. de ea in hoc libro. et sic etiam capio in presenti quod.

stione. Item sciendum est quod virtus dupliciter accipitur. vno modo proprie scilicet pro habitu perfecto videlicet inclinante et determinate potentiam ad optimum opus in quod ipsa potest. A homo large pro quilibet habitu inclinante et determinante potentiam ad opera laudabilia. Et iam satis manifestum est quod continentia dicenda est virtus large sumenda virtutem quia semper opera consona recte rationi sunt laudabilia. continentia autem resistit passionibus insistenti rationi ut dictum fuit et sic operatur consona rationi. ideo etiam. Sic ergo bene dicitur Aristoteles. videlicet virtus continentia et plerumque studiorum et laudabilium esse. incontinentia autem et mollicies prorsus et vituperabilium. sed si virtus sumatur proprie sicut dicitur aliqui quod continentia prout attribuitur appetitui sensitivo non est virtus ipsius sensitivi appetitus quia non facit appetitum sensitivum optime se habere cum adhuc rebellet rationi: et cum in eo remaneat adhuc inclinatio prava. Secundo dicitur isti quod continentia potest esse virtus in voluntate quod sic probare nituntur. non oportet illam voluntatem esse minus bonam: que resistit fortis passioni et forti inclinationi appetitus sensitivi inclinat ad rationem: quod illa que nihil habens sibi obviat inclinatur ad rationem. imo tanto melior virtus requiritur videlicet ad operandum secundum rationem: quanto maior est inclinatio contra rationem. sed in continete voluntas inclinat ad rationem contra tactum appetitus sensitivi. in tempore autem inclinat ad rationem nihil habens obviat sibi. omnia enim in ipso consonant rationi ergo voluntas in continete potest tantam habere virtutem: sicut in tempore. Item ex multis electionibus consensu recte rationi potest acquiri virtus in voluntate: dato quod non occurrat obiectum extra circa quod homo possit operari secundum virtutem. nam in homine detestatio potest in tempore amor honesti fieri in voluntate: quod nulla passio permittit se trahi ad actum turpe sicut dicebat in .xxi. questione sexti libri. et tamen propter inexperientiam passionum et consuetudinem sustinendi eas: appetitus sensitivus in adiectu passionis plus doleret et minus delectabiliter obediret rationi: quam si passiones essent in eo temperate. tales ergo (ut isti dicunt) essent virtuosus secundum partem superiorem: sed non ex toto propter rebellionem seu non delectabilem obedientiam partis sensitivae. propter quod ipsum vocarem nomine proprio continentem. Tercio isti dicunt quod continentia stare potest cum habitu pravo appetitus sensitivi. quia stat cum rebellionem appetitus sensitivi: et inclinationem contra rationem. omne autem quod rebellat rationi et inclinat contra rationem primum est ut sic ideo etiam. Istas autem cum conclusionem prima indubie vera est apud me. Tercia autem falsa. nam continens simul trahitur ad prosequendum ideo ratione delectationis apparentis: et ad fugiendum ratione

turpitudinis: non intelligo quod vnius tractus sit in appetitu sensitivo solum: aut in voluntate solum sed in utroque appetitu puto hunc dupliciter esse tractum. Appetitus enim sensibilis est innatus sequi delectabile: et est innatus obedire rationi. propter quod secundum diversas rationes potest simul ad utramque partem inclinari. et cum appetitus sensitivus organica virtus existens videatur immediate movere membra ad operandum: videlicet quod ad illud operandum moueat ea ad quod fortius inclinatur. ideo puto si continens operatur secundum rationem quod appetitus eius pius habeat de inclinatione ad obediendum rationi quam ad sequendum passionem. et ita videlicet magis bonus quam malus. et de hoc aliquid deinde fuit in penultima questione primi libri. Secundo autem dictarum conclusionum est mihi dubia primo quia videlicet aliquibus quod prima ratio illorum non valeat. quoniam illa voluntas videlicet esse potentior et firmitus habituata: que potest et potuit omnes impetu passionis extirpare: quam illa que solum potest resistere et tenere se contra passiones. Secundo quia videlicet est utrobique voluntas sit que perfecta in se: tamen voluntas in virtuosus excedit in ordine ad electionem. equalis enim virtus non videlicet equaliter producit effectum aliquo resistente sibi et non resistente. Tercio quia si est possibile sine experientia passionum voluntatem ob eius libertatem puram transire in extremum eius actum passione presente: sicut si esset ex parte passionum tamen hoc est valde difficile: et rarum. Quarto quia voluntas perfecta dominatur perfecte super appetitum ideo licet non possit extinguere dolorem vel tristitiam: nec in tantum moderare eam: sicut si appetitus assuetus esset sepe sustinere: tamen ipsa potest auferre totum tractum appetitus ad oppositum rationis multum enim refert trahi et tendere in repulsum rei instabilis vel etiam delectari tendere in persecuti onem vel conservationem delectationis. vir enim virtuosissimus trahitur si excoriaret. sed ratione dictante quod inhonestum esset fugere: sensitivus appetitus ex toto subiectus rationi nullum daret impedimentum ad fugiendum. sed toto conatu se subiceret ad illam tristitiam sustinendam in immensum: manifestum est igitur quod appetitum sensitivum in immensum dolere in exercitio operis secundum rationem non arguit continentiam prout de ea loquimur hic. sed conatus in oppositum rationis quem totum auferret voluntas intente et perfecte consummata. videlicet ergo quod continentia non sit virtus proprie accepta nec appetitus sensitivi in appetitu sensitivo nec voluntatis in voluntate. sed quod sit habitus adhuc incompletus. sicut tepiditas non est caliditas in summo. sed est caliditas incompleta. et sic etiam incontinentia non est completa malicia sed est propinqua sibi propter quod ipsa est vituperabilis. Ex hoc apparere illud de quo quidam dubitauerunt videlicet quod tempantia melior est habitus quam continentia. quoniam in bonis habitus completus est melior habitu incompleto. tempantia autem est habitus completus: et continentia habitus incompletus ergo etiam. Contra quod tamen aliqui sic obiciunt tempantia non agonizat et continentia autem agonizat. habet enim bellum cum passione rebellante. sed agonizantes coronantur primo huius ergo corona magis debet continentie: quam tempantie. Item secundo huius circa difficilius tempus et ars sit et virtus etenim bene melius in hoc. sed difficilius est sequi rationem appetitu rebellante quod facit continentiam quam non rebellante. quod facit tempantiam. magnitudo enim passionis auget meritum. Item multi ponunt tempantiam in appetitu sensitivo et continentiam in voluntate. nobilioris autem potentie nobilior est habitus ideo etiam. Sed iste rationes non concludunt. Ad primam enim dicendum est quod agonizare nobiliter non est bonum vel non est optimum sed agonizare cum obiecto passionatum est melius. et hoc potest esse dupliciter. vno modo substando totaliter inimicum. Alio modo sibi recalcitrando et resistendo solum. corona autem magis debet primo modo quam secundo modo. et ille primus modus convenit tempantie. Secundus autem continentie. Ad aliam dicendum est quod difficultas proveniens ex debilitate rationis et ipsius voluntatis: aut etiam ex inobedientia appetitus sensitivi dimittit meritum. Ad aliam rationem et ad principales rationes apparere satis quid sit dicendum secundum predicta. Hec de questione.

Veritatem sexto Vtrius de aliquo operabili possint haberi simul contraria iudicia? Arguitur quod sic quia aliter non possumus simul circa idem habere contrarias inclinationes scilicet unam ad prosequendum et aliam ad fugiendum. cum appetitus non feratur in incognitum sed consequens est falsum ut apparet in continentibus et incontinentibus. unde primo huius Ad contraria enim motus incontinentium. Item in continens cum agit appetit agere illud quod agit. et appetitus non fert nisi in apparens bonum ergo apparet sibi quod bene agit. et tamen sepe confitetur se scire quod non benefagit. dicit enim aliquando reprehendentibus ipsum scio quod non bene ago: sed non possum abstinere ergo et cetera. Item possibile est quod aliquid sit prosequendum nisi aliquid futurum obstaret. et possibile est simul sen-

sum aspicere ad presentes circumstantias solum et intellectum aspicere ad futurum. ergo possibile est simul sensus iudicare quod hoc sit prosequendum: et intellectum quod hoc sit fugiendum. et istam rationem visus est Aristoteles notasse tercio de anima. dicens quod appetitus sunt contrarii. hoc autem accidit cum ratio et concupiscentia contrarie fuerunt. sunt autem in temporis sensu habentibus. intellectus quidem enim propter futurum retrahere iubet: concupiscentia autem propter ipsum iam. videlicet enim quod iam delectabile est bonum simpliciter propter ea quod non videlicet quod futurum est. Similiter etiam quid prohibet te iudicare visu solum esse bipedale et intellectu maiore terra. vel etiam per colore iudicare hunc esse sortem per vocem aut non esse. specialiter cum visus et auditus sunt potentie disparate: non exinvice dependentes. Oppositum arguitur quia sequitur quod non esset impossibile concedere contradictoria simul esse vera: non solum ore sed etiam mente quod est contra firmitatem primi principii. unde dicit Aristoteles. quarto methaphysice impossibile namque quocumque idem existimare esse et non esse. Notandum est quod multum differt intelligere simul propositiones contradictorias: siue habe in mente contradictorias propositiones simul formatas et iudicare eas esse veras. tu enim potes habere propositionem istam in mente quod astra sunt prava: tamen nihil iudicas: an sit vera vel non. dico ergo quod possibile est intelligere simul propositiones contradictorias siue habe simul eas in mente formatas. aliter tu non posses formare primum principium: quia continet in se contradictorias propositiones scilicet idem inesse et non inesse eisdem. Similiter tu non posses formare questionem quia questio proprie versatur inter opposita. utrum deus sit an non sit. Sed dicam quod eandem potentiam cognoscitivam iudicare siue credere ambas simul esse veras. ubi gratia credere siue iudicare quod simul deus sit et non sit et sic de aliis contradictoriis: est impossibile quoniam hoc esset contra firmitatem primi principii: quia sequeretur quod in eodem essent simul contraria. quia talia iudicia sunt contraria ut dicit Aristoteles. quarto methaphysice. Sed dubium est de diversis potentiis puta de sensu et intellectu vel de duobus sensibus diversis. Ad quod puto esse dicendum quod impossibile est eundem hominem iudicare simul per intellectum unum contradictorium esse verum: et per sensum alium: et hoc videlicet mihi notum per experientiam. iudicium enim sensus ex toto cadit contra contrarium iudicat intellectus. Astrologus enim licet primo crediderit per sensum solem esse bipedale tamem postquam habet demonstrationem credit per

intellectu ipm esse maiore terra nec vnq̄ prop̄  
sensu stante illo intellectuali iudicio: credet ipm  
esse bipedalē. Et puto q̄ causa huius sit illa quā  
posuit. An videlicet q̄ in eodem: contraria non  
possunt simul existere. Eadez autem est anima  
in nobis vt puto intellectiua/sensitiua/appetiti  
ua/ fm locum motiua/vegetatiua nec extensa  
extensione corporis. s; tota vbiq; licet in bestiis  
non sit ita. potentie tamē sensitiue appetitiue se  
cundum locū motiue/vegetatiue in nobis fm  
pte pro dispositionibus qualitatiuis aut quanti  
tatiuis disponētibz ad actus sentiendi secun  
dum locū mouendi/aut vegetandi/ itez vidē  
di/ et audiēdi. s; sunt bene diuerse realiter. et di  
uise loco et subiecto sicut prius dictum fuit. cum  
ergo de virtute contradictorijs iudicia sunt cō  
traria: impossibile est q̄ sint simul in nobis: q̄  
simul existerent in anima nostra vnica et indi  
uisibili existente. Iudiciū enim non est soluz in  
dispositionibus qualitatiuis aut q̄titatiuis orga  
ni. sed est in substantia anime subiectiue licet tā  
quam in subiecto remoto. sicut autē in materia  
p̄ma non possunt propter quascūq; dispositiones  
qualitatiuas aut quātitatiuas iesse simul forme  
realiter cōtrarie/puta caliduz et frigidū: ita nec  
in anima. Item et eisdē alia videt esse causa  
videlicet q̄ in potentijs cognitiuis subordinatis  
superior semper dominaf inferioribus in tantū  
q̄ superiori iudicante: iudiciū inferioris (si fue  
rit contrariū) extinguitur omnino. Quod mani  
feste videbis in freneticis: qui videntes oculo se  
stucā nullo modo credūt eā esse festucā s; serpe  
tem vel lupū. vel oīno illū qd̄ potentia estima  
tiua superior existens iudicabit. imo iudicabit  
se non videre festucā sed serpentē. et audientes  
paruū sonū et dulcem: iudicabūt se bella audire  
vel tonitrua. quid ergo mirum si habens ratio  
nem in actu de magnitudine solis: iudicat soles  
esse maiorem terra: et esse falsū oīno q̄ sit mior  
et q̄ nullo credat ipm esse minore. Si at aliq̄s no  
bis obiciat dicens quomodo vis tu alligēre cau  
sam primi principii cum eius nō sit causa. Rñ  
deo q̄ p̄mi principii nulla est causa sic q̄ conce  
damus ipm propter concessionē alterius propo  
sitionis cuiuscūq; nullius ergo alterius propo  
sitionis concessio est causa concessionis p̄mi pn  
cipii. tamē bene sunt cause aliquę ex natura rei  
propter quas intellectus non potest negare pri  
mum p̄ncipium. sed necessario concedit ipsum.  
sicut sunt cause quare ignis necessario calefacit  
et non potest frigefacere. vel etiam quia idē non

potest simul esse calidum et frigidum. Sed oportet  
videre q̄ intellectus noster habēs in se for  
matā propositionē: potest ad iudiciū de veritate  
ipius se habere quadruplicit. vnmodo q̄ rati  
one vel apparentia careat ad vtrāq; partē. sicut  
forte esset de problemate: an astra sint paria.  
Aliomodo q̄ habeat ad vtrāq; partem rati  
ones probabiles: sed tamen mundū determinan  
tes ipm ad vnā ptem vel ad aliam. sicut esset for  
te de problemate an forme substantiales elemēto  
rum maneāt substantialit in mixto. Tercio q̄  
per rationes ex vna pte vincentes detmīnēt ad  
iudiciū vni⁹ partis: s; tñ nō sine formidie ad op  
positū: et iste intellectus est sicut vapor conuersus  
iam in nubē qui licet sit magis aqua q̄ aer: tamē  
multā habet dispositionē et tendentiā ad aerem  
Quartomodo q̄ intellectus ex toto sit ad vnā  
ptem detmīnatus omni formidine remota. et i  
ste est sicut vapor cū pfecte factus sit aqua: sic q̄  
nulla remaneat in eo dispositio contraria aque  
Dicam ergo q̄ sicut in aqua complete generata  
remote sunt omnes cōtrarie dispositiones: ita in  
completo iudicio de veritate vnus ptis omnes  
ablate sunt apparentie ad ptem oppositā. sic q̄  
nullā habent vim super intellectū. sed sicut nu  
bes licet verius sit aqua q̄ aer: tñ aliquā referuat  
aeris apparentiā et virtutē: ita in debili iudicio  
salua effectus appentie ptis opposite. reddens  
iudiciū debile et facit in oppositū mutabile. vt  
adhuc et ad ampliorē detmīnationē dici potest.  
q̄ sicut aliqui ponunt formas aque et aeris non  
misceri simul substantialit. sed fm dispositiōes  
ipsarū: ita aliqui ponunt q̄ iudicia cōtraria nō  
miscēt simul substantialit s; dispositiōes eorū.  
s; appentie. et isti habent dicē q̄ sicut materia  
non potest simul esse sub forma aque et aeris: tñ  
ipsa in nube existēs sub forma aque prop̄ di  
spositiones aeri conueniētes trāsire potest faci  
liter in aerem: ita intellectus existens sub iudi  
cio formidinali vnus oppositi pōt ex facili mo  
tuo trāsire in iudiciū altius oppositi. Alii aut  
ponūt q̄ non sit aliud iudiciū q̄ appentia. qd̄ si  
concedat: cū appentie opposite licet sub esse re  
misso possint simul stare sic oportet dicere q̄ et  
iudicia cōtraria. prop̄ quod diceremus q̄ sicut  
tepidū in puncto non esset magis calidū q̄ frigi  
dum vel ecōtra. p̄t qd̄ neq; simpliciter diceretur  
calidum neq; frigidū: sic habens ad vtrāq; pte  
appentia equalē: nec diceret simpliciter iudicare  
vnā ptem nec alia. Et sicut tepidū habens plu  
res gradus caliditatis quā frigiditatis diceret

simpliciter calidum et non frigidū: ita habens ma  
iorem apparentiā ad vnā partem q̄ ad alia  
dicitur simpliciter iudicare illam partē: et non ali  
am. Si queras cui istas vias magis assentiā  
dicam q̄ potest poni differentia inter apparen  
tiam et iudiciū. quoniam sepe vt mihi videtur  
expertus sum q̄ cuz rationes viderem ad vtrā  
q; partes probabiles: tamen ad neutram partē iu  
dicii detmīnabā me. etiā neq; nouis ratiōibus  
ad vnā partem vel ad aliam superuenientibus  
sed in suspēso tenebā me. Et itez videmus nō  
omnes eque cito nec eque intense consentire ap  
parentiis. imo prudentis est prius examinare  
consilia. Appetitū namq; videntur se tenere ex  
parte rerū et circūstantiā suarū. Iudiciū autē  
est actus ipsius intellectus circa apparentias. et  
nos videmus si voluntas ad vnā partem affi  
ciat: q̄ intellectus plene iudicabit pro pte illa  
ex apparentia debilissima. nec apparentie val  
de fortes poterunt ipsū mouere ad aliam ptem.  
verum est tamen q̄ sepe nos vtimur nomiē ap  
parentie pro actu intellectus quo ipse assentit ap  
parenti sibi presentatis. et sic apparentiā conce  
do nihil aliud esse q̄ iudiciū. tunc enim dice  
remus q̄ eisdē apparentiis ex parte rerū se te  
nentibus oblatis huic et illi. non oportet idem  
apparere huic et illi vterius etiam puto esse di  
cendum q̄ eundem hominem iudicare simul  
vnum contradictoriū esse verū per vnu sensum  
et alterū per alterū sensū est impossibile. et hoc e  
tiam videtur mihi notū per expientia. si eni  
iste homo gerat in colore et figura similitudine  
fortis et in voce similitudinē alterius: tu videntis  
eū et non audiens iudicabis bene q̄ ipse sit for  
tes. et econuerso iudicabis q̄ nō sit fortis s; au  
diens cum et non videntis. Si autem simul audi  
as eū et videas statim extinguet vnu iudiciū  
vel etiam ambo sic q̄ in suspēso tenebis tuam  
sententiā: dicens ignoro si est ipse vel non. nunq̄  
enim dices credo q̄ sit fortis: et q̄ non sit fortis  
sed tu bene dices q̄ ille scdm̄ colorē vel figurā  
apparet esse fortis et fm vocem appet non esse  
fortis loquendo de apparentiis exterioribus. S; si  
loquaris de apparentia pro consensu: hoc nun  
quam erit possibile simul. nunq̄ enim simul con  
sentire posses q̄ ipse esset fortis et q̄ non esset for  
tes. Et istius conclusionis vt puto causa assigna  
ri potest duplex. vna propria nobis. alia cumu  
tis nobis et animalibus. Prima ergo est q̄ ani  
ma nostra indiuisibilis existens est in toto cor

pore et in qualibet parte eius. et iudicia sicut di  
cit non sunt solum in dispositionibus qualitati  
uis et q̄titatiuis organorū subiectiue. sed in sub  
stantia anime. propter quod cum contraria non  
compaciantur se in eodem subiecto: impossibi  
le est hominē siue secundū vnum sensum siue se  
cundum diuersos habere simul contraria iudi  
cia. Alia causa assignat quia sensus exteriores  
habent ad sensum cōmūnem necessariam con  
nexionem: ita q̄ statim iudicia eorum perue  
niunt ad ipsum. ipse autem idem existens non  
potest simul habere iudicia contraria. iudicās  
autem vnā partem extinguet iudiciū par  
tis opposite sicut prius dicebatur. propter hoc q̄  
ipse est potentia superior ad omnes sensus exte  
riores. imo dicunt aliqui forte probabiliter q̄  
in organis exterioribus nullum sit iudiciū:  
sed in sensu cōmūni solum. ad quez species di  
uersorū sensibilibum deferuntur per organa di  
uersa. cuius signum dicunt esse q̄ habentes le  
sum organum interius quāuis habeant oculū  
bonū. sicut frenetici non iudicant aliquid be  
ne per oculum. dicūt ergo isti quod sensus cō  
mūnis vnus existens secundū rem dicitur plu  
res secundum rationem. dicitur enim vilus pro  
ut iudicat de coloribus per oculum sibi presen  
tatis: et dicitur auditus prout iudicat de sonis p  
aurem delatis ad ipsum. et sic de alijs: propter  
quod in somnijs vbi ligata sunt organa sensuū  
exteriora iudicamus de sonis et de coloribus ac  
si vigilemus. et putamus audire uere uel vi  
dere. Ad primā ergo rationem dici potest  
quod ad contraria sunt motus incontinentium  
sic q̄ appetitus extra passionem inclinatur ad  
fugiendum. et in passione ad prosequendum. et  
ita non simul. vel etiā dicendum est q̄ intel  
lectus simul iudicat idem esse delectabile et tur  
pe. appetitus autem ob hoc statim innatus est  
habere circa illud complacentiam ratione dele  
ctationis. et displicentiam ratione turpitudinis  
isto enim modo complacentia et displicentia nō  
sunt opposite. Sed sicut intellectus non potest  
simul iudicare q̄ illud totum sit prosequendum  
et fugiendum. ita nec appetitus potest simul illū  
totum acceptare et refutare. et sicut intellectus  
poterit iudicare totum esse prosequendum rati  
one delectationis. iudicio tamen debili et formi  
dabili seu formidinali propter apparentem tur  
pitudinem: ita appetitus poterit totum accep  
tare sed tamen acceptatione debili et cum anime  
3. iiii

xa displicentia propter turpitudinem: et erit voluntarium mixtum. et hec satis appuerunt in tercio libro. Et eodem modo dicendum est ad alia nisi quod si quid de scire restat dicendum illud dicitur post. Ad ultimam dicendum est quod intellectus si aspiciens ad futurum iudicet illud non esse faciendum: nunquam sensus tunc iudicaret illud esse faciendum. tamen adhuc manet iudicium quod illud est delectabile quia hoc etiam videt intellectus. propter quod appetitus in obiecto habet complacenciam licet non possit acceptare ipsum stante tali iudicio quandoque etiam intellectus acquiescit iudicio sensus non obstante nocumeto futuro preponderans illam delectationem illi nocumeto futuro. et tunc appetitus accipit sed cum aliquid displicentia propter sibi appetens nocumetu. Ad alia factum fuit in corpore quodis

Veritur septimo. Vtrum incontinens sciat quoniam prave agit: Socrates ut dicit Aristoteles arguebat quod non quia nullus ignoranter agit quod non putat esse bonum. appetitus enim qui exigitur ad agendum non est natus ferri nisi in bonum vel appetit bonum. sed non possumus id putare esse bonum quod scimus esse malum cum non possumus simul iudicare contraria sicut dictum fuit in alia questione. et quia durum esse videtur quod pars sensitiva impetret et trahat partem intellectivam sicut feruam scilicet ita quod propter sensum putemus illud cum oppositum sciamus habemus. ergo nunquam agimus quod agere scimus esse malum. ideo dicitur in tercio huius ignorat quidem igitur omnis malus que oportet operari et a quibus fugiendum. Item sequeretur quod in continencia esset peior quam in temperantia. ex quo sciret prave agere. temperatus autem ignorat: sed hoc appetit falsum in septimo huius. In oppositum arguitur per concessionem multorum qui reprehendentibus eos dicunt scio quia male ago sed abstinere non possum. Item incontinens extra passionem existeret: habet rectam rationem ut vult Aristoteles ergo per eam ipse scit fornicari esse malum. quoniam si fornicaret vel scit ad huc illud quod prius: et habet intentum. vel illud oblitus est quod dicit non potest quia obliuio fieri videtur per tempus longitudinem et quia si quis tunc ei totum reducat ad memoriam non propter hoc abstinere. Item si est possibile quod aliquis sciens prave agit ille videtur esse incontinens sed si est possibile. probatio primo quia aliter nullum esset peccatum per considerentiam vel etiam ex certa malicia. Aliter etiam omnem peccatum esset ex ignorantia quod non vult aliquis potest aliquis peccatum esse ex ignorantia aliquis ex passione et aliquis ex electioe. Secundo etiam quia voluntas non esset libera ex quo non posset in oppositum

rationis nec essemus domini nostram operationem vel actum a principio usque ad finem. quod est contra Aristoteli in scio huius. Tercio quia hoc esset contra articulum illum prius sciamus in vniuersali et in particulari quod voluntas non possit velle oppositum: error. Oportet distinguere primo sic. Contingit scire dupliciter. vno modo in habitu solus absque actuali consideratione secundum illam sciamus. Alio modo in actu scilicet actu considerando secundum illam sciamus. Dicendum est ergo quod sciens in habitu solus potest agere contra sciamus. quia intellectus non est solum principium motus secundum quod in habitu solum. sed secundum quod in actu verbi gratia sciens quod propter turpitudinem nunquam est mechandum nihil actu considerans de turpitudine. sed considerans actu quod sit delectabile coire cum tali muliere. et quod delectari sit bonum non est mechandum si mechatur. et ista sit prima conclusio. Item aliquis potest esse sciens in actu scio dupliciter. vno modo in vniuersali tantum ut quod nunquam est mechandum. Alio modo in particulari ut quod nunc cum ista non est mechandum. Dicam ergo quod sciens in vniuersali tamen in actu potest agere contra sciamus quia particularis et non vniuersalis estimatio mouet ut dicitur scio de anima. motus enim et actiones sunt circa singularia: sicut ergo sciens actu omnem mulierem esse sterilem: et videns hanc mulierem potest opinari quod sit pregnans: eo quod non considerat ipsam esse mulierem: sed considerat quod ipsa habet magnum ventrem: ita non est impossibile scire actu quod nunquam sit mechandum. et tamen putare quod nunc cum ista sit delectandum et coire. et ista sit secunda conclusio.

Item aliquid agere contra scientiam actualem et particularem potest intelligi dupliciter. vno modo contra directe et formaliter. Alio modo contra indirecte et non formaliter sed consecutiuem. voco autem agere contra directe et formaliter: si secundum eandem rationem ego moueor ad agendum hoc agibile. secundum quam ego scio ipsum non esse agendum. Sed voco agere contra non directe. sed consecutiuem si scio sciamus aliam rationem hoc non esse agendum: et secundu aliam rationem ago ipsum verbi gratia agere contra directe est si sciamus formaliter quod non esset nunc mechandum cum ista: et mechatur secundum appetitum inclinante formaliter ad mechari nunc cum ista. et hoc videtur impossibile. quia hoc esset simul habere contraria iudicia sicut multi dicunt. appetitus enim non inclinaret formaliter in mechari nunc cum ista: nisi iudicato quod nunc sit mechandum cum ista. sed simul habere iudicia contraria est impossibile sicut dictum fuit in alia questione. ideo tamen

et ista sit tertia conclusio. cuius probationem non ex toto concedo: ideo volo post ea regredi super eam. Agere autem contra indirecte siue consecutiuem et non formaliter est si sciamus formaliter quod non esset nunc mechandum cum ista et mechatur sed appetitum inclinante formaliter non ad mechari nunc cum ista sed in delectari cum ista per coitum et hoc est bene possibile quia forte ignorare vel non actu considerarem quod sic delectari esset mechari possumus enim habere simul iudicia non contraria. non sunt autem iudicia contraria quod non est mechandum et quod est delectandum vel coeundum quia cum aliqua tu posses coire non mechandum videlicet cum vxore propria. ergo in casu predicto non erant contraria iudicia nisi ego actu considerassem quod sic delectari est mechari. ideo tamen: hec sit quarta conclusio. vel forte hec due conclusiones vltime possent vltimam poni sub tali distinctione scientiam actualem et particularem potest aliquis habere duplicem. vnam perfectam vbi nihil remanet ignoratum nec inconsideratum nec iniudicatum. pertinens ad operandum vel non operandum. et tunc non est possibile agere contra scientiam. quia oportet simul habere iudicia contraria. nam si actu iudices non esse mechandum cum ista: et cum hoc actu iudices quod coire cum ea est mechari cum ea: oportet te actu iudicare quod non est coeundum cum ea. quasi cut apparet primo posteriori inducens sub maiori minore simul cognouit conclusionem hoc non est mechandum non coibis: nisi simul iudices coeundum et non coeundum esse. et hec sit quinta conclusio. Aliam contingit esse scientiam particularem et actualem incompletam. vbi scilicet aliquid remanet ignoratum: vel inconsideratum vel iniudicatum: et tunc est possibile agere contra scientiam non tamen contra directe et formaliter. sed sicut dicebatur in quarta conclusione et ista sit sexta conclusio. His autem consideratis videndum est de principali questione. propter quod est bene notandum quod ille qui liberatus est ab omni passione sensitui appetitus potest magis omnes circumstantias attendere et cognoscere. imo quod ipsam passionem et motum eius: quod ille qui passione ligatus est: sicut homo sobrius aut vigilans magis potest ebrietatem et somnolentiam et omnes earum condiciones inspicere: quod ebrius aut somnolentus. quare: quia passiones sensitui appetitus non sunt sine motu sanguinis aut aliorum humorum vel spirituum. qui motus si sit magnus turbat sensum et prohibet ipsum intellectui debite monstrare. qui tamen

intellectus de particularibus sensibilibus non potest vere et perfecte sine sensu conuenienti ministerio iudicare: sensus enim (cum secundum prius determinata: non sit aliud quam appetitus sensituius) si passione detentus fuerit non ostendet intellectum nisi passionem: vel eam sic intense ostendet quod intellectus nihil vel modicum aduertet nisi ad passionem. et ita iudicabit secundum exigentiam passionis: quod non fecisset si extra passionem existens ad omnia aduertisset. Dicam ergo quod incontinens antequam in passione detentus sit. et postquam a passione liberatus est: potest omnia libere attendere et cognoscere. et de omnibus absque ignorantia vel inconsideratione vere iudicare. propter quod ipse scire potest scientiam a particulari actuali et perfecta quoniam malum esset hoc agere. et quod male agit si hoc agat. et quod male agit si hoc agit. propter quod accidit ipsum penitentes esse sicut dicit Aristoteles. ergo post factum sit incontinens quoniam male agit si hoc agat et ista sit septima conclusio. Octava conclusio est quod incontinens dum incontinenter agit: scit in habitu quoniam prave agit. sciuit enim ante et illud non est oblitus. quia cessante passione sciet idem non de nouo addiscens. Nonna conclusio est quod incontinens dum incontinenter agit scit aliquomodo in actu in vniuersali vel etiam in particulari non tamen directe vel non perfecta sciamus quoniam prave agit. et hoc totum patet ex prioribus conclusionibus. Decima conclusio est quod nullus incontinens dum incontinenter agit scit quoniam prave agit scientiam actualem et particularem et perfectam. quod etiam totum manifestum est predictis. Ad rationes igitur dicendum est. Ad primam quod nunquam agimus quod agere scimus tunc esse malum scientiam actualem et perfectam. Ad aliam rationem de comparatione incontinentie et intemperantie dicitur post. Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum est quod confitentur scire quoniam male agunt: confitentur verum de scientia imperfecta vel indirecta. potest enim incontinens scire quoniam turpe agit. sed tunc actu non iudicat: quod nullo casu turpe sit agendum. vel etiam e converso scit tunc nullo casu agendum esse turpe. sed non considerat se turpe agere. Si autem incontinens confiteatur se scire quoniam male agit scientiam actualem et particularem et completam. non confitentur verum. et si aliquando ratione ad probandum quod male agit adducat vel repetat: tamen

interiori mente non iudicat esse verum quod dicit verbi gratia si formet istum sillogismum nullo casu mechandum est; nunc coire tecum est mechari ergo non est nunc tecum coeundum talis iudicans de ea sicut ebrii vel maniaci proponunt verba empedoclis ut dicit aristoteles et si isti quae iudicent de maiori tamen statim ad delectationem aspicientes cadunt ab illo iudicio. Ad aliam responsum fuit quod ille nihil oblitus est. sed propter impedimentum sensus intellectus non potest in opus suum completere: sicut nec in ebriis nec in sonolentis. Ad aliam concedendum est quod aliquis potest sciens agere male modis predictis et non aliter. quando ergo dicitur quod nullum esse peccatum contra conscientiam. dicendum est quod ymo modis predictis potest enim aliquis agere id quod actu scit esse inhonestum vel deo displicere. sed tunc non iudicat quod honestum vel quod deo placeat sit preferendum utilitati vel delectationi quae apparet sibi in opere quod ipse agit. quando etiam dicitur quod nullum esse peccatum ex certa malicia: dicendum est quod peccatum ex certa malicia non dicitur quia peccans dum peccat iudicat vere et cum certitudine se male agere: sed quia cum certitudine cognoscit omnes circumstantias operis sui. et cum hoc etiam cognoscit opus suum esse inhonestum et deo displicere sicut statim dicebatur quando etiam dicitur quod omne peccatum esset ex ignorantia: dicendum est quod satis appuit in prioribus libris quomodo et quando debeat peccatum dici ex ignorantia. quando etiam dicitur quod aliter non esse dominum actuum nostrorum: et aliter voluntas non esset libera. dicendum est ex eo quod voluntas non dicitur libera quia possit velle quod iudicatum est esse malum et hoc illo iudicio stante. sed quia ipsa stante iudicio de bonitate vel malicia potest differre actum volentem vel nolentem sicut magis visum fuit in tercio libro. De articulo autem pistensis dicendum est secundum exigentiam dictionum nunc et dictionum in tercio libro. Nunc ergo regredior super tercie conclusionis et quinte probationem. Super quo notandum est quod forte non oportet ad hoc quod appetitus feratur in obiectum: quod in ratione sit vtraque praemissa sillogismi practici. sed appetitus suppleri potest conclusionem. et maiorem: verbi gratia sit sillogismus practicus quod omne delectabile est prosequendum. hoc autem vinum est delectabile ergo hoc vinum est prosequendum. Dicam et

ergo quod concupiscentia supplet maiorem quia inclinatio ad delectabile prosequendum. ideo ostensum solum quod hoc vinum est delectabile: ipsa prosequitur: et hoc videbatur intendere aristoteles in septimo huius cum dicit quando quidem vniuersalis opinio insit prohibens gustare hoc autem quoniam omne dulce delectabile hoc autem dulce: hec operatur id est quod si vniuersalis ratio prohibet gustare propter inhonestatem vel aliam causam hec autem concupiscentia dicitur siue supplet propter eius inclinationem istam propter quod omne dulce est delectabile et prosequendum. et cum ostensum fuerit hoc esse dulce: operatur confestim: forte etiam quod hoc est de intentione aristotelis tercio de anima qui videtur velle quod animalia imperfecta mouentur per appetitum et fantasiam licet non habeant fantasiam deliberatiuam neque sillogisatiuam. quomodo ergo est hoc possibile. nisi quia appetitus est inatus inclinare in cibum conuenientem: fantasia autem siue sensus ostendit conuenientiam huius cibi et statim animal mouetur ad capiendum ipsum. appetitus autem noster siue sensibilis siue intellectualis non est minoris potentie quam appetitus talium animalium ergo prosequi poterit delectabile propter inclinationem eius ad ipsum ostensum solum per sensum vel per intellectum quod est delectabile. licet etiam possint ratione libertatis non acceptare et non prosequi illud. Adhuc aristoteles videtur idem expressisse determinare in libro de causis motuum animalium dicens. Cum enim operatus fuerit aut sensu ad id cuius gratia aut fantasia aut intellectu quod appetit statim facit. pro interrogatione enim aut intelligentia appetitus fit et operatio. Et aristoteles dat exemplum manifestum dicens potabile concupiscentia dicit: istud autem potabile sensus dicit: dicit autem fantasia aut intellectus statim bibit: et ad huc in septimo huius expressius dicit aristoteles concupiscentia autem si solum dicat quoniam delectabile ratio vel sensus mouetur ad fruitionem. Si ergo ista concedantur. non videtur quod ratio quae adducta fuit ad tercia conclusionem probandam sit necessaria. appetitus enim poterit inclinare formaliter in id prosequendum quod non erit formaliter iudicatum esse prosequendum: verbi gratia appetitus habet aut propter naturam aut propter consuetudinem inclinationem ad prosequendum delectabile. sensus autem vel intellectus solum dicit quod hoc est delectabile appetitus prosequitur ipsum. posito ergo quod

intellectus iudicet formaliter hoc delectabile non esse prosequendum. et quod simul appetitus dictomodo prosequatur ipsum: apparet quod non erunt adhuc in nobis iudicia contraria: sicut illa ratio arguebat. propter quod forte illa ratio non videtur esse demonstratiua et ita forte aliqui negarent illam tercia conclusionem: et quintam sequentem et dicerent sic plene veritatem habere rem duos parientes articulos dicentes quod stante scientia in vniuersali et in particulari in actu quod voluntas non possit in oppositum error. et quod si ratio est recta quod necesse est voluntatem esse rectam: error. quia tamen plurimi doctores sollemnissimi tenuerunt illas conclusiones: forte non oportet eas abiicere: quoniam et si ratio superius adducta non demonstrat: tamen cum eius probabilitate videtur aliud etiam esse probabile. cum enim voluntas praua sit innata per uertere iudicium intellectus. unde visum fuit in sexto quod malicia facit mentiri circa practica principia: si ipsa sic inclinata fuerit ad delectabile prosequendum: quod ex ipsa delectabilis ostensione prosequatur ipsum videtur quod ipsa nisi seipsam ab huiusmodi inclinatione retinuerit non permittit intellectum iudicare quod illud delectabile non sit prosequendum. si enim sensus tractus ad passionem trahit ad se rationem: quomodo voluntas impetum habens et in impetu manens permittet contra se iudicare. Et specialiter non videtur bene possibile: si eadem anima realiter sit intellectus et voluntas: quod ipsa prosequatur actu illud quod ipsa tunc decreuerit non esse prosequendum neque apparet quomodo habitualis inclinatio possit trahere voluntatem in id quod actu decretum est esse malum: et non faciendum. nisi primitus obnubilet illud decretum vel suspendat. propter quod dicte conclusiones predictis non obstantibus teneri possunt ut mihi videtur. etc.

Veritur octauo: **V**trum voluntas necessario feratur in id quod per rationem practicam conclusum est? Arguitur quod non. quia quod necessario appetit necessario prosequitur et necessario manenet si potest sed multa sententiata per rationem nec prosequimur: nec prosecuta manenemus licet pos

sintus ergo et cetera. Item quod de necessitate operatur scilicet vltimum suae potentie. sed quod iudicamus esse bonum non de necessitate diligimus secundum vltimum potentie. ymo quod plures sciunt esse bonum vnus diligit plus et aliter minus ergo etc. Item voluntas non esset simpliciter libera neque domina sui actus. Arguitur etiam per articulos parientes plures superius allegatos: et vniuersaliter per rationes quae adducte fuerunt in prima questione terciae libri. ad illam opinionem persuadendam quam tenuimus et forte per rationes quae adducte fuerunt in quarta questione terciae libri: ad partem secundam et per rationes quae adducte fuerunt in principio quinquagesime questionis terciae libri. Oppositum arguitur per aristotelem dicentem haec quidem enim vniuersalis opinio: altera autem de singularibus est. cum autem vna fiet ex ipsis ratiocinatio necessarium conclusum hic quidem dicere animam in actibus autem operari confestim. et exemplificat dicens puta si omne dulce gustare oportet hoc autem dulce ut vinum: aut aliquod singularium necessarium potentem et non prohibitum simul hoc operari. Ad idem etiam cape rationes suas in questionibus statim allegatis facientes pro parte ista

Primo notandum est quod sicut voluntatis est velle bonum aut inclinari in ipsum. ita eius est nolle malum et declinare ab eo. quicquid ergo dicitur de voluntate in respectu boni quo ad actum volitionis vel complacentiae vel acceptationis et huiusmodi: ita proportionabiliter intelligatur de ea in respectu mali quo ad actum nolitionis vel displicentiae vel refutationis et huiusmodi. Si ergo questio formetur vniuersaliter: **V**trum scilicet voluntas necessario feratur in id quod iudicatum est per intellectum practicum. aliqui distinguunt de vltimo fine: et de his quae ad ipsum. tamen in presenti questione distinctionem illam dimitto et videtur mihi primo quod voluntas secundum quod dicitur voluntas in nullum obiectum fertur quod non sit iudicatum per intellectum esse bonum vel secundum communem rationem bonitatis vel secundum aliquam specialem: puta delectabilem vel utile vel honestum. et dico iudicatum quia per hoc differunt appetitus sensitivus et intellectivus ex vna parte ab appetitu naturali ex altera parte. Unde si anima vel intellectiva vel sensitiva inclinatur in aliquid absque praevia cognitione ipsi ipsa non dicitur inclinari in illud secundum appetitum sensitivum vel intellectivum ut dicitur sensitivus

ius vel intellectus. sed ut dicitur naturalis. dico etiam per intellectum quia per hoc differt appetitus intellectus qui dicitur voluntas ab appetitu sensitivo. appetitus enim sensitivus sequitur cognitionem sensitivam et voluntas intellectivam et hec ego puto supponenda esse ex ipsorum nominum significationibus. et dico iudicatum esse bonum. quia secundum rationem boni et non secundum aliam rationem supponitur esse obiectum appetitus et illa sit prima conclusio. Secundo videtur mihi quod voluntas non fertur necessario in id quod iudicatum est esse bonum si non iudicatum sit sibi esse bonum licet enim latro sciat iustitiam esse bonam simpliciter et iudicet esse bonum hominem. tamen non diligit eos sed odit. et ita dyaboli odit deum. si etiam tu scias aliquem mulierem esse bonum inimico tuo contra te. tu non diligis illum sed odis. hoc videtur notum per experientiam. et ita sit secunda conclusio. Deinde prout aliquantulum visum fuit in tertio libro supposita distinctio inter duos actus voluntatis puta inter actum complacentie actum acceptationis et actum motionis aliarum potenciarum ad prosequendum acceptati videtur mihi dicendum esse tertio quod si quis iudicaverit aliquid esse sibi bonum voluntas necessario fertur in illud quo ad actum complacentie. et hec sit tertia conclusio que declarata fuit in tertia questione tertii libri: Quarto dico quod si quis iudicaverit aliquid esse sibi bonum secundum aliquam particularem rationem bonitatis solum que scilicet in eodem comparati possit aliquam rationem malicie non est necesse voluntatem ferri in illud secundum actum acceptationis. quoniam sua libertas de nihilo sibi deseruisset. et ista etiam conclusio satis declarata fuit in tertio libro. Quinto etiam dico quod si quis iudicaverit aliquid esse sibi bonum secundum communem rationem bonitatis. Dico eorum coitate predictonis non est necesse voluntatem ferri in illud secundum actum acceptationis. quoniam iudicium secundum rationem communem est minoris efficacie quam iudicium secundum rationem specialem. ideo iudicium speciale claudit in se iudicium commune. propter quod si voluntas non necessario trahitur per iudicium speciale. ipsa minus necessitabitur per iudicium commune. Sexto si quis iudicaverit aliquid esse sibi bonum secundum rationem integre bonitatis ita scilicet quod illud appareat bonum secundum omnem rationem bonitatis: sic quod omnis ratio malicie excludatur. videtur mihi si iudicium fuerit dubium: quod nundum voluntas necessario acceptabit illud. et credo quod hoc sit expertum. aliquid

enim confitentur se putare quod tale officium vel talis mercatura esset sibi honestum et delectabile et utile amicis suis et quod inde nullum malum consequeretur: tamen propter dubium periculi acceptare non audent. Septimo si predictum iudicium fuerit certum omnino videlicet quod homo credat firmiter sufficienter vidisse omnes circumstantias. et combinasse et secundum earum combinationem credat firmiter illud esse sibi bonum secundum omnem rationem bonitatis. et nullo modo malum. puto quod voluntas necessario acceptaret illud. et non intelligo hic per certum iudicium idem quod iudicium verum vel scientificum sed idem quod firmiter creditum omnino exclusa formidine. sic enim contingit opinionem veram vel etiam falsam esse certam de qua dicit aristoteles de eo quidem igitur quod est opinione veram sed non scientiam esse preterquam incertum agunt nihil differt ad rationem. quidam enim opinantium non dubitant sed existimant certe scire. si igitur propter quietem credere opinantes magis quam scientes preter opinionem agunt nihil differt scientia ab opinione. quidam enim credunt nihil minus quibus opinantur quam alteri quibus sciunt. manifestat autem eruditus. Hec autem conclusio videtur mihi nota per experientiam si namque peteres ab aliquo an vellet hoc inesse sibi quod sciret omnino sibi esse bonum et nullo modo malum. credo quod diceret sic. et si diceret non. omnes crederent ipsum mentiri. Illa etiam conclusio probatur sicut in tertia questione tertii libri probabatur quod in appetente bono voluntas necessario habeat complacentiam. et sicut in quarta questione eiusdem libri probabatur quod voluntas dimisso maiori bono non possit acceptare minus bonum quoniam si stante dicto iudicio voluntas posset illud non acceptare. hoc sibi proueneret ex sua libertate: ut omnes concedunt. sed consequens est falsum. quia tunc illa libertas esset mala conditio. tota enim bonitas libertatis auferretur potestas enim non acceptandi bonum apparens vel non refutandi malum apparens non prodest nobis finaliter ut in huiusmodi non acceptatione vel non refutatione sistamus. sed ut ante obiecti acceptationem vel refutationem inquiramus de omni bonitate vel malicia que illud obiectum consequitur vel ei annectitur ut tandem quod est simpliciter melius acceptemus et quod est simpliciter peius refutemus. ergo inquisitione facta plenarie. sic quod iudicium sit

iudicium sit perfecte creditum omnino sublata formidine: nihil ultra prodest potestas non acceptandi sed obest. quia per eam possumus frustrari bono nostro etiam nobis manifeste ostenso Iuxta conclusionem istam septimam ponunt doctores quod ultimo fine clare et perfecte viso: necesse est voluntatem velle ipsam. dicunt etiam iuxta tres priores conclusiones quod ipso viso non clare: sed forte solum secundum rationem communem bonitatis. vel etiam ipso non viso perfecte scilicet secundum omnem et totalem rationem sue bonitatis. sed solum secundum aliquam partialem: non est necesse voluntatem velle ipsum. posset enim dubitare ne illi finis esset annexa ratio aliqua malicie. verbi gratia licet omnes naturaliter scire desiderant: id est habeant ad ipsum scire complacentiam vel amorem: tamen si diceretur intemperato quod impossibile est operari secundum scientiam: et simul sensualiter delectari: ipse statim diceret: non curo tale opus. hoc autem esset qui a non perciperet in eo rationem delectabilissimam. Iterum iuxta quartam conclusionem dicunt etiam multi doctores quod aliquo alio ab ultimo fine quod scilicet in se non claudat perfecte omnem rationem bonitatis clare et perfecte viso: non est necesse voluntatem velle ipsum: quia ubi deficit aliqua ratio bonitatis potest esse dubium ne ei sit annexa ratio contraria malicie. vel forte dubitari potest an aliud sit medium melius ad finem ultimum attingendum. propter quod voluntas potest acceptationem differre: donec ratio de his inquisuerit perfecte. Vltimius ergo quantum ad ea que cum aliqua ratione bonitatis habent aliquam rationem apparentis malicie annexam puta laborem vel estusiam aliquam corporalem vel pecunie amissionem aut huiusmodi: Videtur mihi si quis iudicio certo certitudine prius exposita iudicauerit illud esse sibi bonum non obstantibus maliciis apparentibus: quod voluntas necessario acceptabit illud: et hoc eisdem rationibus apparere cum conclusionem precedente Non dico quod acceptatione alicuius presupposita: non est necesse voluntatem mouere ad prosecutionem ipsius: nisi illud fuerit iudicatum esse possibile et sibi possibile. sic enim tu velles esse rex vel incorruptibilis: si nihil moueris ad hoc prosequendum.

Iterum decimo manifestum est. quod licet illud appareat sibi possibile: tamen si apparuerit in mediis aliqua ratio malicie puta diffi-

cultas labor expense vel huiusmodi: voluntas non necessario mouebit ad prosecutionem huiusmodi nisi sic eni pigri multa perdit. et prudens antequam etiam proleat sine voluntate bene considerat an bonitas sit preferenda labori et expensis. Vltimo vero mihi videtur si facta collatione finis voluti ad omnia et licet iudicio certo certitudine predicta iudicaueris omnibus non obstantibus prosequendum esse. voluntas necessario mouebit ad prosecutionem. quod probatur sicut septima conclusio probatur ad quam intentionem dicit aristoteles. cum autem una fiet ex ipsis ratiocinationibus: necessariam conclusionem hic quidem dicere animam in factis autem operari confestim. puta si omne dulce gustare oportet. hoc autem dulce ut vinum aut aliquid singularium necessarium potentem et non prohibitorium simul hoc operari. et idem etiam habetur nono metaphisice. quod desiderabit principaliter hoc facere: quando ut possit extiterit et appropinquauerit passiuo. quare potens secundum rationem esse necesse quando desiderat: cuius potentiam et ut habet hoc facere. Ad rationem ergo dicendum est. Ad primam quod multis superuenientibus ratio sepe intendens ad alia dimittit actum priorem iudicii quem habebat vel ad ipsum minus intendit. et ita non sequitur prosecutio. que sequeretur si remaneret semper actus iudicii uniformis. cum hoc etiam alie cause plures apparuerint propter quas non semper prosequimur acceptata etc. Ad aliam rationem que petit de causa intensioris et remissionis actuum voluntatis: potest dici quod actus complacentie potest fieri intensior aut remissior multipliciter. Vno modo quia intellectus iudicat de bonitate obiecti certius aut magis dubie. Alio modo quia iudicat bonitatem obiecti maiorem vel minorem vel quia magis aut minus attendit ad eam Tercio quia maiorem vel minorem iudicat annexam rationem malicie vel magis aut minus attendit ad eam. quod iterum potest accideri aut propter maiorem vel minorem in aliis occupationem et intentionem vel propter fortiorum aut debiliorum per sensum obiecti representationem. Et ad huc potest forte dictus voluntatis actus intensior esse vel remissior propter consuetudinem vel dispositionem ipsius voluntatis et aliis multis modis Et iterum acceptatio sequens vel refutatio que in casibus predictis est in potestate voluntatis intendit vel remittit complacentiam precedentem. Si autem loquamur de acceptatione



et prosecutione in casibus non necessariis: ratio illa non habebit locum: cum voluntas libere possit in hoc et in suum oppositum. Sed si loquamur de his in casibus necessariis scilicet ubi est certum iudicium: potest dici sicut prius quod actus acceptationis aut motionis in prosecutionem potest esse intensior et remissior multis de causis. vno propter primam complacentiam maiorem vel minorem. Alio modo propter intellectum iudicare maiorem vel minorem bonitatem in obiecto. vel maiorem aut minorem esse malitiam annexam ei. Vel propter attendere magis aut minus ad iudicium. Vel propter alium et alium consuetudinalem habitum. vel dispositionem voluntatis. et sic de aliis causis multis.

Alię autem rationes de quibus in principio questionis mētio facta fuit. et alie plurime quas diuersi doctores hinc inde adducunt: procedunt vix suis. vel possunt solui sufficienter ex dictis hic et in scio libro.

**Veritur nono: Vtrum appetitus sensitivus potest mouere voluntatem?** Arguitur quod non. quia tercio de anima dicitur quod agens est nobilior patiente. et ita mouens motum. Appetitus autem sensitivus non est nobilior voluntate igitur et cetera. Item voluntas non fertur in incognitum. ergo potentia anime non cognoscitiva non potest mouere voluntatem. sed appetitus non est potentia cognoscitiva. ideo et cetera. Item in his que non communicant in materia agens non repatiuntur patet primo de generatione. voluntas autem cum sit potentia abstracta non communicat in materia cum appetitu sensitivo et tamen ipsa mouet appetitum sensitivum ut dictum fuit in scio libro ergo ipsa non mouetur ab eo. Oppositum arguitur. quia de concupiscentia dicit Aristoteles. mouere enim potest unamquamque particularium. Et idem videtur velle tercio de anima hoc enim videtur esse proprium in incontinentem scilicet quod appetitus sensitivus vincat et per consequens moueat partem superiorem scilicet intellectum et voluntatem. Puto quod de ratione voluntatis prout differt ab appetitu naturali et prout differt ab appetitu sensitivo sic quod non ferat in obiectum nisi cognitum per intellectum. propter quod iam apparere videtur quod sensus vel appetitus

sensitivus non possit mouere voluntatem nisi mouendo primo intellectum. Sensus autem mouere intellectum dicimus in hoc quod representat ei spiritum obiecti per quem vel mediante qua intellectus mouetur ad intelligendum: et hoc est commune in intellectu tam speculatiua quam practica de quo videri debet tercio de anima. Sed appetitus sensitivus dicimus mouere intellectum in hoc quod intellectus aliter et aliter iudicat de obiecto appetitum existente in actu vel non existente in actu vel ipso existente in alio et alio actu. vel etiam in eodem actu intensius aut remissius ceteris eodem se habentibus: et isto modo non est dubium quin appetitus sensitivus potest mouere intellectum et per consequens voluntatem in quantum voluntas est innata diuersificari quo ad eius actum finem alterum et alterum iudicium intellectus. Nam ut dicitur secundo rethorice non eadem videtur amantibus et odientibus: nisi in actibus malitiae se habentibus et hoc quilibet experitur. Modus autem per quem hoc fit est duplex scilicet positivus et privativus. Positivus quia cum ex parte anime sit idem realiter sensus et appetitus sensitivus ut dicebat in sexto. cuius in eo quod appetitus acceptat representat intellectui evidentissime ratione bonitatis: propter quam appetitus acceptat illud et omnem malicie ratione obumbrat ad quod cui appetitus maxime afficitur: ad illud sensus maxime intendit: et ita etiam sensus in eo quod appetitus refugit representat intellectui evidentissime ratione malicie propter quam refugit illud. Intellectus autem est innatus iudicare secundum exigentiam representatois sibi facte per sensum nisi recurrat ad rationem ab aliis principis: propter quod non est mirum si intellectus aliter iudicat de obiecto appetitum acceptate ipsi et refugiente. Modus autem privativus est quia cum intelligentem quemcumque necesse sit fantasmata speculari: sensu legato vel perturbatis fantasmatis impossibile est intellectui exire debite in actu sui. passiones autem appetitus sensitivi: cum non sint in corporeali passione ligant sensum vel perturbant fantasmata per sanguinis et spirituum commotionem propter quod intellectus non potest videre verum et si ante videbat oportet quod cadat ab illo actu. Ad rationes: Ad primam dicendum est quod appetitus sensitivus non mouet principaliter voluntatem: sed solum quia mouet intellectum qui iterum vel principaliter vel solum disponit voluntatem. put diuersi diuersimode opinantur mouere voluntatem. quomodo autem sensus cum non sit honorabilior intellectu possit ipsum mouere Videndum est in tercio de anima. sensus enim vel non mouet intellectum tam principalis motor. vel

non mouet ipsum ad eius principaliorē operationem propter quod non oportet quod sit nobilior eo. Alia ratio soluta est per hoc quod appetitus sensitivus non mouet voluntatem nisi mediante intellectu. Ad aliam dici potest quod omnes potentie anime coicant in materia scilicet in substantia anime que eadem existens se habet per modum subiecti ad eas. vel dicitur quod sensus non mouet prope neque principaliter voluntatem aut etiam in intellectu saltem ad intellectum: sed solum ministerialiter scilicet repetendo intellectum specie obiecti: qua mediante intellectu voluntas mouetur se ad intellectum et volitionem. Et de his aliqua dicta fuerunt in scio libro forte tantum vel plus quam spectat ad subiectam materiam. Et sic est finis questionis

**Veritur decimo: Vtrum materia propria seu obiectum proprium continentie et incontinentie sunt delectationes tactus et gustus.** Arguitur quod non quia nomen continentie sumitur ex tenere se in bono rationis contra impetum passionis. sed hoc commune habet locum circa omnes passiones. et maxime circa iras et timores que sunt fortis impetus. ergo continentia et incontinentia non sunt solum circa delectationes gustus et tactus: Item tullius secundo rethorice. dicit quod continentia est per quam cupiditas consilii gubernatione regitur. modo cupiditas maxime videtur esse circa pecunias. Similiter seneca in libello de quatuor virtutibus dicit si continens esse velis cunctis esto benignus: ne tibi blandus paucis familiaris omnibus equus. Hec autem documenta et alia plura que in illo libro dicta sunt de continentia non solum respiciunt delectationes tactus et gustus. Item delectationes bestiales sunt delectationes tactus et gustus ubi tamen continentia et incontinentia non inueniuntur secundum aristotelem. Item continentia solet attribui venereis solum. sed delectationes gustus et tactus non sunt solum in venereis igitur et cetera. Oppositum arguitur quia vult aristoteles quod continentia et incontinentia sunt solum circa materiam temperantie et intemperantie quarum propria materia sit proprium obiectum in tercio libro. Aristoteles determinat istam questionem distinguens quod delectabilem quedam sunt necessaria quedam non necessaria. Necessaria sunt cibi et potus et venerei actus. Nam cibi et potus sunt necessari ad salutem indiuidui venerei autem actus ad conseruationem speciei. Alia sunt delectabilia non necessaria licet honestiora sicut honor. iucundum melodie et multa a

 immanere p̄pter passionē ⁊ hoc p̄tinet ad mol-  
 litiē ⁊ incōtinētiā

veritur decimo sexto. vtrū electio con-  
 q̄ cors rationi erranti sit bona. vel illa q̄  
 a ratione errante discordat. Arguit  
 ergo de illa que est concors. q̄ sic. q̄a potentia  
 nō potens discernere quid est malū aut quid  
 bonum non peccat sequendo iudiciū eius cu-  
 ius est sibi ostendere quid sit bonū ⁊ quid ma-  
 lum. sicut infans carens adhuc iudicio ratiōis  
 non peccaret. si mater eius duceret ipsum ad  
 furandum. sed voluntas non cognoscit quid sit  
 bonum aut m a um. imo ratiōis est hoc sibi  
 dicere. ergo electio voluntatis non est mala. si  
 concordat ratiōi erranti imo tota culpa vide-  
 tur esse ex parte intellectus. Item bonitas re-  
 gulati attenditur ex eius cōformitate ad regu-  
 lā electio aut̄ habet se ad modū regulati. ⁊ rō  
 p̄ modū regule iō ⁊c. Itē electio discordās  
 a rōne errante est mala. quia hoc esset agere  
 contra consciam. ergo p̄ oppositum electio cō-  
 cors ei est bona. Oppositū vult Añ. qui di-  
 cit̄ ambos extremos habitus oppositos conti-  
 nētie esse prauos. videlicet incōtinētiā q̄  
 que a ratione recta egreditur. p̄tinatiam que  
 cuiq̄ ratiōi immanet immutabiliter. Itēz  
 electio rei p̄ se male nō pōt esse bona. vbi grā  
 adulteri furti p̄homicidii. ⁊ tñ ipsa pōt esse cō-  
 cors ratiōi erranti. Primo videndum est  
 quomodo possit dici aliqua electio discordās  
 a ratione de quo. sicut apparere pōt ex septi-  
 ma questione huius septimi libri ⁊ ex dictis i  
 tertio libro. Dicendum est primo q̄ stante sē-  
 tentia ratiōis particulari actuali ⁊ comple-  
 ta electio non potest pro tñc esse discors. licet  
 pro tunc possibile sit nihil eligere. ex quo pa-  
 tet statim quod electio sit discordans a ratio-  
 ne siue vera siue errante nec est bona nec est  
 mala. quia nulla. Et ista sit prima conclusio.

Sed tu queres vtrūz tunc sit bonum vel ma-  
 lum eligere vel non eligere. Et ad hoc p̄mo  
 respondendum erit de ratione errante. Et vi-  
 detur mihi quod si ratio non verum sed falsūz  
 sententiauerit propter inuincibilem ignoran-  
 tiam. ipsa non dicitur ob hoc errans. si bene se  
 habens. nec est malum eligere ⁊ operari secū-  
 dum eam. sed bonum ⁊ meritortum ac si ratio  
 verum dixisset verbi gratia. si iudex propt̄ fal-  
 sum testimonium condemnauerit hominem  
 innocentē. si in examinando testes ⁊ in aliis  
 ad suā ferendam requisitis omnem debitā  
 diligentiam apposuerit. nō peccabit. ⁊ si vide-  
 tur notū p̄ se. nullus ei obligat̄ ad impossibile

si ratio tunc solum dicitur errare. si falsum sententia uerit aut propter passionem aut propter malitiam aut propter ignorantiam affectatam vel supinam. Tunc ergo dicitur quod nunquam est bonum eligere concorditer rationi erranti. quia omnis electio eius quod non est secundum rectam rationem eligendum est mala et uoluntati imputanda si uoluntas fuerit in causa erroris secundum quam illa electio procedit vel si in potestate sua fuerit ut error ille corrigere aut electionem istam maiorem uideatur esse de se manifesta. sed erronee rationis uoluntas est in causa. quod patet quia si ratio primo sententiat propter malitiam uoluntas fuit et est causa malitie. si propter passionem uoluntas debuit eam tenere et eius impetum refrinare. Si propter ignorantiam affectatam. uoluntas eam male affectabat. si propter supinam uoluntas fuit pigra. et debuit esse diligens. est igitur in potestate uoluntatis ut ille error corrigatur uidelicet si uoluntas sua correxerit malitiam. si tenuerit passiones. si debitam apposerit diligentiam. vel saltem si inclinauerit intellectum ad diligentiam apponendam. et si dimiserit affectiones suas prauas. et hec sit secunda conclusio. Sed si queratur an semper sit bonum eligere secundum rectam rationem. dicunt multi quod sic. quia recta ratio nihil dicit esse faciendum quod non sit bene faciendum. sed quicumque dicitur esse faciendum aliquid quod est bonum facere. bonum est et ipsum eligere et facere ipsum id est. Forte tamen ista conclusio non est sic uel concedenda. quia ratio licet sit recta potest aliquando esse dubia. quo casu propter periculum non est statim eligendum sed primum. si est possibile fieri. certificanda est ratio. difficile enim est si quis sepe sequutus fuerit rationem dubiam. ne quibus peccatum incurrat. unde Tullius in libro de officiis. dicit bene precipiunt qui uentat quicquam agere quod dubites equum sit an iniquum. quoniam incidunt sepe tempora cum ea que maxime uidentur digna esse iusto homine eo quod que bonum uirum dicimus. commutatur suntque contraria. ideo etiam Seneca libello de quattuor uirtutibus dicit prudens est propria ex animare consilia et non cito facili credulitate plabi. cum ergo contingat rationem (quis rectam) esse aliquando dubiam. propter hoc quod adhuc ignorat si sit recta aut non recta. apparet quod non sit semper eligendum secundum rectam rationem: iterum posito quod hoc uinum sit gustui delectabile. et quod ratio recta hoc iudicauerit. et quod propter aliquid obstant non sit bonum bibere ipsum et quod appetitus sit innatus vel inclinatus aut propter naturam aut propter assuetudinem ad persequendum delectabile manifestum est secundum ea que dicta fuerunt in fine septime questionis quod appetitus poterit manere ad bibendum sine alio iudicio. patet er

go quod omne iudicium rationis erit rectum. appetitus tamen secundum illud iudicium male operabitur. et ita apparet quod non potest esse peccatum in appetitu nullo ex parte errore in intellectu. et quomodo etiam saluandus sit forte ille uenerabilis pisen articulus quod ratione ex parte rectorum uoluntas potest esse non recta. Sciendum est tamen quod in dicto casu ratio de tali operabili non erat rector. quia non erat iudicatum pro intellectu quod illud uinum esset bibendum tunc enim intellectus errasset sed concupiscentia suppleuit uices rationis ex qua supplemento peccatum oriebatur. apparet ergo quod non est semper eligendum vel etiam operandum secundum rectam rationem puta si fuerit dubia vel non perfecta. et ista sit conclusio tertia. Sed si ratio recta fuerit certa et perfecta uideatur quod semper sit bonum et secundum eam eligere et secundum eam operari. quia nihil obstat uideatur quod semper bene operetur quod sic operabitur. et ista sit quarta conclusio.

Postea sciendum est quod electio potest a ratione discordare. si ratio fuerit habitualis tamen. uel uisus tamen. uel imperfecta sicut apparuit ex predictis. Sciendum est etiam quod errori potest apponi et alius error et ueritas. nam propter hoc unum uicio extremo opponitur alterum uicium. et uirtus. dicatur ergo quod si electio discordet a uera ratione propter aliud iudicium erroneum supueniens. illa electio non erit bona sed mala. sed si discordet propter rectum iudicium supueniens certum et perfectum illa electio erit ualde bona et hec sit conclusio quinta. que patet ex dictis

Ad rationes ergo. ad primam dicendum est quod maior esse uera nisi ex defectu potentie non discernentis pueniret defectus in potentia discernente. sed dictum fuit quod ex parte uoluntatis puenit defectus rationis. uel ex defectu eius est si ratio non corrigatur. uel saltem ex eius defectu est si eligatur aliquid ratio sit correctum. cum hoc sit in potestate sua. Ad aliam dicendum est quod regula secundum quam uoluntas regulari debet non est ratio erronea. sed recta. certa. et perfecta. Ad aliam potest dici quod conscientia uidetur habere pro obiecto honestum aut id quod deo placere uideatur. aut aliquid humanum. et non delectationes sensuales neque bona mundana. si quis enim habuerit rationem erroneam quod delectabile sit preferendum honesto. uel ei quod credimus deo placere. et propter nimiam turpitudinem preferat aliquando honestum ipse de hoc non faciet conscientiam. sed econuerso sciens quod honestum est delectabili preferendum. si aliquid propter passionem vel malitiam postponat honestum. et id quod sciebat deo placere. ipse reuersus ad se faciet de hoc conscientiam. Item debet intelligi quod ratio quantum spectat ad primum potest errare dupliciter. uno modo iudicando quod delectabile

vel utile sit preferendum. honesto. Alio modo iudicando de inhonesto quod sit honestum. si igitur quis habuerit erroneam rationem primo modo. et agat contra eam propter rectum iudicium supueniens. ipse non agat contra conscientiam. nec peccabit sed conuertetur ad rectitudinem. et opus uirtutis. si autem habuerit erroneam rationem secundo modo. et corrigens eam agat contra eam. non peccabit sed ad rectitudinem reuertetur. sed durante illo errore si preferat delectabile uel utile ei quod credit honestum esse uel deo placere. licet non sit ita. ipse agat contra conscientiam et peccabit. omnis enim uoluntas est mala que preferat delectabile ei quod creditur honestum esse et deo placere. quoniam ita faceret si illud esse uere honestum et conforme diuine uoluntati. est enim simile ac si uelles et procurares nocere proximo tuo. et accideret quod inde tu prodesse ei. non enim est quod bene uel male in re operata uel in operante qualiter se habere ut apparet in secundo huius. Sed tu queres an ergo sit operandum secundum tale conscientiam. dicatur secundum predicta quod sic si illa conscientia fuerit ex inuincibili ignorantia. sed si fuerit ex alio modo ignorantie. dicatur quod non. sed ante electionem et operationem erit illa conscientia corrigenda nec sequitur electio discordans a ratione errante est mala ergo electio concors ei est bona. bonum enim uirtutis requirit integram omnium suarum causarum et circumstantiarum obseruantiam. malum autem oritur ex defectu cuiuslibet. propter quod uno modo tamen contingit recte agere. multipliciter autem deuiare sicut dicitur in secundo. bonitas ergo electionis requirit consonantiam ad rationem et ad rectum iudicium. cum hoc etiam ille qui sic peccat agendo contra conscientiam erroneam. ipse non peccat ex eo quod agit contra rationem errantem. sed ex eo quod agit contra eam propter aliam errorem supuenientem uideatur licet quia credit delectabile preferendum honesto. ob hoc enim preferat delectabile ei quod credit honestum esse. Et sic est finis questionis.

Verum decimo septimo. utrum incotinens quod pro natura sit deterior incotinente pro assuetudine. Est uideatur quod non quia propter si quod incotinencia ire est naturalior quam incotinencia concupiscentie. probatur Aristoteles. quod ipsa sit minus turpis si cut primum apparuit. naturalibus enim ut dicit magis consequens ueniatur appetitibus. de praua enim

natura non sumus vitupandi. sed de praua consuetudine cum ista sit in potestate nostra. illa non id est. Item uideatur quod nulla sit incotinencia secundum naturam et sic ipsa non est deterior. quia natura non uideatur inclinare ad contraria sed natura inclinatur ad uirtutes que incotinencie contrariantur. unde secundo huius innatis quidem nobis suscipere eas sed uirtutes. perfectis autem pro assuetudine

Item septimo politice dicitur nihil esse bonum eorum que sunt propter naturam. cuius ratio esse potest quia natura dirigitur in suis operationibus ab intelligentiis que non errant. ut dicit commentator duodecimo methaphysice. si autem aliquis sit incotinens naturaliter: tunc incotinencia esset sibi propter naturam. ergo continencia non esset sibi bona. quod est incoueniens. ergo id est. Vel arguatur sic. nihil secundum naturam est malum. omnis incotinencia est mala. ergo nulla continencia est secundum naturam. Oppositum arguitur quia ille habitus malus est deterior qui est in sanabiliore. propter hoc enim probatur in quarto quod illiberalitas sit deterior prodigalitate. et in isto septimo quod intemperantia sit deterior quam incotinencia. sed Aristoteles. dicit quod sanabiliores sunt que pro consuetudine incotinentes naturalibus. quod probatur quia facilius est consuetudinem transmutare natura nam propter quod unumquodcumque tale et illud magis. propter hoc autem consuetudo est difficilis transmutationis. quam nature assimilata. ergo natura est difficilioris transmutationis. imo uideatur quod talis sit insauabilis oino. quoniam nullum natura existenti aliter assuecit. ut dicitur in secundo huius. Primo uideatur est quod aliquis possit dici incotinens pro natura. Secundo autem ipso sit deterior incotinencie pro assuetudine. uel e contra. Quantum ad primum sciendum est quod propter modos accipiendi naturale enumeratos in secunda questione secundi libri. forte capit aliquando naturale potest distinguere contra acquisitum pro assuetudine uel egritudine uel huiusmodi. et ita quicquid siue conueniens siue discoueniens inest nobis a natiuitate secundum principia concurrentia ad generationem dicimus naturale. sic enim dicimus aliquando claudum naturaliter uel surdum uel gibbosum: non enim est dicendum quod tales difformitates pueniunt a natura rei per se. sed proueniunt ex impedimento aliquo nature. quod accidit uel propter corruptionem alicuius principii relictum ad generationem. uel propter aliquod agens extraneum coagans in materia ex qua debet fieri generatio. uel aliter. sicut uideri debet de

generatione monstrari 2<sup>o</sup> physicorum. si enim forme agentes se ad generationem alicuius speciei eent in subiecto convenientissime dispositae. et inuenirentur materia convenientissime disposita. et organa requisita ad generationem optime disposita. et nullum agens aliud difforme coageret. effectus semper fieret in convenientissimis dispositionibus ad salutem. propter quod opinandum est quod singule dispositiones generati quantum saluti rei sunt convenientes. tantum intentione sunt per se a natura. et quantum salutem discoueniunt tantum sunt propter se intentione nature. propter quod ut sic non merentur dici naturales. Dicitur ergo quod aliquae esse naturaliter incontinentes potest intelligi dupliciter. Vno modo quod dispositiones inclinantes ipsum ad incontinentiam in quantum homini sunt intentione per se a natura et hoc non est possibile. cum natura nihil mali intendat. sed semper omne bonum. Alio modo quod ille dispositiones sint indite sibi a naturam. et hoc est possibile. non tamen per se a naturam. sed per defectum alicuius principii. vel per impedimentum nature ab extraneo agente. sicut dicitur fuit. quod incontinentes ille dicitur naturaliter incontinentes. puta naturale distinguunt contra acquisitum per assuetudinem vel doctrinam vel homini. Quam ad secundum videtur mihi dicendum esse quod incontinentes per naturam est deterior secundum malitiam naturalem. et spiritus per assuetudinem est deterior secundum malitiam moralem. et hoc videtur ex terminis esse notum. et cum malitia nature non videatur tangere nisi corpus et vires corporales sicut principaliter. malitia autem moralis partem tangat anime superiorem puta voluntatem et intellectum. et multo sit deterius insci partem superiorem quam inferiorem videtur posse euidenter concludi. quod incontinentes per assuetudinem sit deterior. posito quod equaliter vincantur passionibus. et eis equaliter contra tendant. et si ista questio debeat scrupulosius pertractari. forte reducendum est eam ad de eamam quintam questionem quarti libri. et sic istam conclusionem procedit bene prima ratio adducta in principio questionis. Ad alias potest dici quod natura quantum est de per se inclinatur ad virtutes sed multiplices defectus et impedimenta nature a naturam. possunt inclinare ad oppositum. Et eodem modo dicendum est ad aliam rationem. Ad rationem in oppositum dicendum est quod prauitas insana bilior ceteris paribus est peior. videlicet si vitia fuerit equaliter assueti. sic quod equaliter tangat voluntatem et intellectum. aliter non oportet. Et sic finitur questio.

Veritur decimo octavo circa tractatum de delectatione. utrum ad istum septimum librum ethicorum pertineat de terminare de delectatione. Arguitur quod non quia hoc pertinet ad librum politicum. non ergo ad istum. antecedens patet per Aristotelem dicentem de delectatione autem et tristitia speculari est eum qui circa politicam philosophatur. Item hoc pertinet ad librum rhetoricum non ergo ad istum. antecedens patet: quia in illo libro diffinitur delectatio: et manifestantur propositiones ad determinandum quid sit delectatio. Item hoc pertinet ad decimum librum ethicorum. quod patet quia ibi determinat Aristoteles de delectatione. ergo non ad istum septimum. Item videtur quod determinandum fuisse de delectatione ante determinationem de virtutibus. et non post. quia delectationes et tristitia contra se habent per modum obiecti ad omnes virtutes. ut dictum fuit 2<sup>o</sup> huius questione nona. modo prius determinandum est de obiectis potentiarum et habituum. quod de ipsis potentibus vel habitibus ut patet 2<sup>o</sup> de anima tum etiam de his que communia sunt omnibus virtutibus prius est agendum. quod de ipsis virtutibus. ideo enim prius egit Aristoteles de voluntario et inuoluntario. de electione et consilio quod est quia contra procedit ordine doctrine. specialia. ut per exphemio physicorum. Et iterum delectationes non solum sunt obiecta virtutum moralium. imo etiam sunt sequela quedam ad actus virtutum moralium. ut apparuit in 2<sup>o</sup>. sed questione nona. sed in decimo libro Aristoteles permittit tractatum de delectatione tractatum de felicitate propter hoc quod delectatio se habet ad felicitatem per modum sequela necesse. ergo si similiter debuisset permittisse tractatum de delectatione tractatum de actibus virtutum moralium. Oppositum apparet per processum Aristoteles in isto libro. Primo ergo dicitur quod ad morale primum pertinet tractare de delectatione. quod Aristoteles hic probat triplici ratione. Prima est quia omnis scientia moralis debet cognoscere finem principalem. ad quem aspirantes nos de omnibus operationibus vel passionibus vel aliis ad humanam vitam concurrentibus. dicimus hec quidem bona sed que illi fini concordant. hec autem mala sed que illi disconueniunt. nam sicut dicitur primo huius ad vitam cognitio talis finis magnum habet incrementum. quemadmodum enim sagittores signum hentes magis utique adipiscuntur quod oportet. sed delectatio est talis finis. quod non est vni de omni delectatione

sed de illa que est ipsa felicitas. modo quo infra dicitur. concessum est enim contra quod felicitas vel est delectatio quedam formaliter vel non sine delectatione. 10<sup>o</sup> Secunda ratio est quia de obiecto circa quod contra versatur omnis moralis virtus vel malitia spectat determinare ad morale. sed omnis moralis virtus vel malitia versatur circa delectationes ut apparuit in 2<sup>o</sup> 10<sup>o</sup> 12<sup>o</sup>. Tertia ratio est quod est propinqua prime est quod ad morales spectat determinare de felicitate: de his que annexa sunt ei delectatio autem quedam vel est ipsa felicitas vel annexa ei 10<sup>o</sup> 12<sup>o</sup>. Item ad idem adducit in decimo huius triplicem rationem vel quadruplicem. prima. quia de illo debet determinare moralis quod appropriat hominibus quantum ad diuersificandum mores ipsorum. delectatio autem est homini. finem enim alicuius morum secundum quod assuescunt in aliis delectari. propter quod bene dicit Aristoteles. instructores iuuenum erudiunt eos delectatione et tristitia. sed assuescendo eos delectari et tritari in quibus oportet. et non in quibus non oportet. vel forte erudiunt eos trahendo ad opera bona delectatione. verbi gratia. danda quod munuscula eis delectabilia. et retrahendo a malis operibus tristitia. sed verberando. Alii qui autem in illa pericula videtur autem. dicunt primum intendere non rationem predictam. sed tale. de eo debet determinare moralis quod apud virtuosum consequitur omnem actum bonum. sed delectatio est homini. nam (ut dicitur primo huius) nullus est bonus qui non gaudet bonis operationibus 10<sup>o</sup> 12<sup>o</sup>. et ista est vna bona ratio. sed verba Aristoteles. non videntur eam bene sonare. Ultima ratio est quia de eo debet determinare moralis quod habet multam dubitationem utrum sit bonum vel non. sed delectatio est homini. quod patet per antiquos qui in hoc habuerunt opiniones contrarias 10<sup>o</sup> 12<sup>o</sup>. Ista ergo conclusione concessa dicitur 2<sup>o</sup> quod ad librum ethicorum. et non ad librum economicorum vel politicorum pertinet determinare de delectatione cuius ratio est quia cum scientia libri ethicorum sit superior et vltior scientiis libri economicorum et politicorum tanquam sibi alternas eas sibi ut visum fuit in questione sexta primi libri. ad eam spectat determinare ea que sunt contra omnibus virtutibus vel etiam omnibus viuere moraliter volentibus. ad economicam autem et politicam spectat ea que specialiter congruunt aliis et aliis personis. secundum quod alium et alium gradum gerunt in politica. vel in domo. delectationes autem contra omnes sunt omnibus: sicut et morales virtutes 10<sup>o</sup> 12<sup>o</sup>. Tertio dico. quod bene pertinet ad secundum librum et ad rhetoricam tractare de delectatione sed dicitur. quoniam sicut dyaletica simpliciter se habet ad metaphysicam

etiam ita rhetorica que est moralis dyaletica se habet ad scientiam istius libri cum ista sit communissima omnium moralium. sicut metaphysica est simpliciter communissima omnium scientiarum. modo dicitur est quarto metaphysice quod circa idem laborat dyaletica et metaphysicus. 10<sup>o</sup> simpliciter circa idem versatur rhetorica cum ethico sed ut dicit Aristoteles. differunt modo potestatis. ethica enim de delectatione scrutatur demonstrative. rhetorica vero probabiliter solum danda contra propositiones ad probabiliter inferendum probabiliter. Quarto dico quod ad secundum librum. septimum: et etiam decimum pertinet bene determinare de delectatione. Primo probatur quod ad decimum quia de eo quod inseparabiliter annexum est felicitati quasi eius passio propriissima determinandum est ubi determinatur de felicitate. delectatio autem est huiusmodi. non omnis. sed aliqua. ut videbitur in decimo. propter quod ibi determinandum est de delectatione ostendit differetias delectationum ut appareat iter ceteras que sit illa que felicitati annexa. et quod ipsa se habeat ad felicitatem. Item de eo quod a multis moralibus et a vulgo contra opinatum est esse felicitas. et non esse felicitas. tractandum est ubi tractatur de felicitate. videlicet ad ostendendum quod illud non sit felicitas. sic est de delectatione. 10<sup>o</sup> 12<sup>o</sup>. Et nota quod ista ratio videtur satis posse concludere quod prius in illo decimo tractandum fuisse de delectatione quam de felicitate quia prius extirpanda sunt vitia que inferre de virtutes. Secundo probatur quod etiam ad istum septimum librum pertinet determinare de delectatione. quod ubi tractatur de continentia et incontinentia de mollitie et perseverantia. tractandum est de delectatione et tristitia. sed in septimo libro determinatur de predictis 10<sup>o</sup> 12<sup>o</sup>. maior patet primo quia materia propria horum habituum sunt aliquid delectatio et aliquid tristitia. non omnes. 10<sup>o</sup> opus videtur quod sunt ille. secundo quia continentia et perseverantia distinguuntur proprie et originaliter per delectationem et tristitiam. et similiter mollities et incontinentia. Et forte quod addi potest quod magis erat tractandum de delectatione et tristitia cum tractatu de continentia et incontinentia. mollitie et perseverantia. quod cum tractatur de virtutibus. eo quod delectatio et tristitia modo quodam affiniore se habent ad dictos habitus. quam ad virtutes morales. quod patet per hoc quod passiones apud temperantiam nullum habent impetum tanquam mortificate per temperantiam. et sic etiam de singulis virtutibus. sed apud continentiam et perseverantiam passiones remanent cum impetibus sed a ratione



vincant. imo de ratione ipsarum est quod passiones habeat impetus et fortes. Et iterum continentia et perseverantia significat eundem habitum cum tranquillitate secundum substantiam. licet tamen imperfectum. ut dictum fuit prius in isto septimo questione tricesima secunda. tamen illum habitum tranquillitatis significat simpliciter. continentia vero et perseverantia significant ipsam modificatum per talem passionem. habitum enim tranquillitatis (imperfectum tamen) vocamus in ordine ad delectationem continentiam. et in ordine ad tristitiam. perseverantiam sicut ibidem dicitur fuit. propter quod delectatio et tristitia sunt de ratione dicente quod non continet et perseverantia sicut modus est de ratione patris modo. ubi gratia. sicut album est de ratione hominis albi. sic autem non sunt de ratione tranquillitatis sed forte pro modum obiecti pertinet ad rationem tranquillitatis et etiam continentie. et perseverantie. Et iterum convenientissimum fuit aut tractatum de amicitia quod in principio octavi libri incipit tractare de delectatione propter maximam delectationis ad amorem connectionem et sequentiam. que si concessa fuerint. rationes potest solvi faciliter. Ad primum dicendum est quod politica quando accipitur proprie potest distinguere per a sciam istius libri. et sic ad ea non spectat tractare de delectatione. Alio modo capitur large pro tota morali philosophia. et sic loquebatur Aristoteles. hic de politica. Ad aliam dictum fuit quod dicitur pertinet ad istam sciam et rhetoricam determinare de delectatione. Ad aliam concessum est quod de delectatione pertinet ad primum librum et ad decimum. sed dicitur quod ad istum librum spectat principaliter considerare de delectationibus sensualibus. et si aliquid dicantur hic de intellectualibus. hoc est ut sensuales hoc fiat nobis notiores. et converso pro toto dicendum est de decimo libro. Alia ratio forte consideret nisi alia ratio fortior obstat ei. scilicet a finitas maior delectationis et tristitiae ad continentiam et perseverantiam quam ad tranquillitatem et alias virtutes. et cum hoc dici potest quod notitia confusa delectationis et tristitiae secundum quam vulgus cognoscit eas. sufficebat ad considerationem de eis modificatis secundum similitudinem ad ipsas delectationes et tristitias. De hoc autem quod in decimo libro promissum tractatum de delectatione tractatum de felicitate. ea specialis assignata fuit. quod in consideratione huius septimi libri locum non habet. sed quod false opiniones extirpandae sunt prius quam veritas demonstrative inquiratur.

Veris decimo nono. utrum omnes delectationes sint bonae. vel omnes male. vel aliquae bonae et aliquae male. Arguitur pro. quod nullae sunt bonae. sed potius omnes male. rationibus antiquarum

quas recitat Aristoteles. Prima est quod nihil est bonum quod non habet rationem finis. vel saltem quod stare non potest cum fine. nihil enim repugnans fini est bonum. cum nihil sit bonum nisi propter causas finales ut dicitur in metaethica duodecimo methaphysice. sed delectatio non est huius. nec stat cum fine quod finis existit in perfecto esse. delectatio autem existit non in perfecto esse sed in generatione perfectionis. ubi gratia si patiens frigore calefactio erit tibi delectabilis donec ad temperamentum fueris reductus. et non amplius. si etiam repletionem indigeris. cibum aut potus erit tibi delectabilis sed non amplius cum fueris repletus idem est. Secunda ratio est quod quod transiens fugit. non est bonum. neque tamen illud quod fugere debemus ut virtuosus simus. sed transiens fugit delectationes. et 2<sup>o</sup> huius dicit Aristoteles. in omni autem maxime observandum et delectabile et delectatio est abiciens enim ipsam minus peccabimus. Tertia ratio est illud non est bonum quod prudens non persequitur. sed prudens est non persequat triste. tamen nec persequitur delectabile. Quarta ratio est confirmata ut tertie. quoniam illud non est bonum. quod est impedimentum prudentis ab eius operatione. sed delectatio est homini. probatur quia illud impedit prudentem secundum se. quod quanto maius sit tanto magis eum impedit. sed delectatio quanto sit maior tanto magis impedit prudentem verbi gratia. maxima invenereis videtur esse delectatio que tamen (ut Aristoteles allegavit in septimo huius) ab homine furata est intellectionem spisse sapientis. et hoc dicit Aristoteles: nullum enim vitiosus posse aliquid intelligere in ipsa. Et posset hec ratio sic confirmari. quod est secundum se bonum. quanto erit maior tanto erit melius. delectatio autem non est tanto melior quanto est maior. sed potius tanto peior ut nunc dictum est idem est. Quinto quia ad omne bonum humanum posse operari et consequi sunt artes institute et inveniuntur videtur esse ars delectationis. cum enim satis vel nimis consequimur sine arte idem est. Sexta ratio quia illud non est dicendum bonum. quod pueri et bestie magis persequuntur quam viri virtuosum et rationem virtutes. delectationes autem sunt homini igitur. Septima ratio est. illud non est bonum quod est inonestum nocivum. et triste generativum. sed tales multe sunt delectationes ergo est. Et quia hec ratio non videtur arguere de omni delectatione. Arguitur sic nullum bonum est de genere malorum. eo quod bonum et malum in moralibus sunt genera prima et ad invicem opposita. cum ergo repiantur in genere delectationum aliquae male. nulla erit bona. Iterum propter dictas rationes arguitur sic Aristoteles. 2<sup>o</sup> magnorum moralium: illud non est bonum secundum se quod est communi

bonis et malis. delectationes sunt homini. sicut enim boni delectantur in bonis operibus. ita mali in malis ideos. Oppositum arguitur auctoritate Aristoteles. 2<sup>o</sup> magnorum moralium dicitur quod delectatio bona est secundum genus. quod autem convenit alicui secundum genus convenit omni contento sub genere illo. verbi gratia si aliquid convenit fortis secundum quod animal. oportet quod conveniat omni animali. ergo omnis delectatio est bona. Item auctore eudoxii cui (sicut dicit Aristoteles) credebatur in moralibus. quia maxime virtuosus erat. nec hoc dicebat ex affectione quam haberet ad delectationes quia erat temperatissimus. Item quatuor rationibus eudoxii arguitur primo sic. bonum est quod omnia appetunt ut dicitur primo huius quod ex hoc est verum quia bonum est proprium obiectum appetitus. et ideo quanto potentius aliquid erit in movendo appetitum. tanto erit magis bonum. modo potentissimum est movere appetitum id quod omnia appetunt. ergo si est bonum et optimum. sed omnia quibus delectatio convenire potest appetunt delectari et rationabilia et irrationabilia. Secundo sic illud est bonum cuius contrarium est malum. sed tristitia est contraria delectationi. et est mala et fugienda ab omnibus. quoniam omnes fugiunt ea. neque mirum quod corrumpit et stupefacit naturam hominis ut dicebatur in tertio ergo est. Item tertio sic. delectatio est secundum se eligibilis ut dicitur in libro. ergo omnis delectatio est eligibilis probatur ratione quia secundum se pro se supponit de omni ut dicitur primo posteriorum. antequam ex hoc patet quod dicitur in decimo. quia nullum concessum est nullum interrogare cuius gratia delectatur. ut secundum se ipsam exnate eligibile delectationem quod confirmari potest eo quod delectatio modum finis habet et non modum ordinati in finem. aliter delectabile non distingueretur contra bonum utile. cum ex hoc aliquid dicatur utile quod est gratia alterius eligendum. sequitur ergo omnem delectationem esse eligendam. et per consequens bonam. cum nihil sit eligibile nisi quia bonum. Quarto sic. omne illud est bonum. quod appositum alteri bono reddit ipsam eligibilius et melius sic est de delectatione probatio quia dicunt omnes melius esse agere iuste vel temperate delectabiliter et voluntarie quam tristabiliter et coacte. Item arguitur auctoritate Aristoteles. primo rhetorice diffiniens delectationem. quod delectatio est motus vel constitutio in existentem naturam. omne enim quod in rei naturam tendit est bonum. et illius rei perfe-

ctuum. ideo est. Item bonum dicitur equaliter entis. primo ethicorum. sed omnis delectatio est ens. ergo est bona. Item omne cadens sub differentiis eligibilis est bonum. quia nihil habet de ratione eligibilis nisi quantum habet de ratione boni. sed sub differentiis eligibilis cadit delectabile ut apparet secundo huius ideo est. Item capite rationes pseudonis in tertio huius questione vicesima quinta. Primo dicendum est indubitanter quod aliqua sunt bonae delectationes. quia omne annexum pro se vel pro sequens per se ad felicitatem et opera virtutum est bonum. sed felicitatem et omne opus virtutis prosequitur per se aliqua delectatio. ut apparet primo decimo huius. ideo est. Item delectatio que continuat auget et perficit operationem bonam est bonum. ergo delectatio in opere bono est bona. hoc etiam probatur sufficienter rationes prius ad ducte. Secundo dicendum est quod capiendo delectationes contra multe sunt delectationes valde male. quia valde malum est quod ducit ad in tranquillitatem aut etiam ad vitium quodcumque. sed delectationes excessive circa cibos et potus et venereos actus et sic de aliis ducunt ad in tranquillitatem ut patet 3<sup>o</sup> huius ideo est. Similiter delectationes inordinate circa honores ducunt hominem ad elationem et superbia. delectationes in pecuniis ducunt ad avaritiam. et sic de aliis idem est.

Item quod continuat et auget operationem malam est malum. sed delectatio quam habent pravi in operibus suis pravis et viciosis. continent illas operationes et auget. idem est. Tertio secundum Aristoteles. potest dici quod omnes delectationes dicuntur simpliciter et proprie sunt bonae. quia bonitas virtutis est ad animam sicut sanitas ad corpus. et vitium sicut egritudo sicut ergo non est dicendum sanum simpliciter quod est sanum egro. sed quod est sanum sano. et ita non est delectabile simpliciter et proprie nec dulce quod est dulce vel delectabile egro. sed quod sano ita similiter non est delectabile simpliciter et proprie quod est delectabile vicioso sed quod virtuosum. nec per consequens illa dicitur delectatio simpliciter et proprie que ratione vitii delectat viciosum. sed que delectat virtuosum. studiosus enim circa singula indicat recte. sed omnis delectatio que delectat bonum et virtuosum virum est bona. ergo omnis delectatio simpliciter et proprie dicta est bona. Ad rationes ergo. ad primum dicendum est quod illud non est bonum quod nec est finis nec ad finem ordinatum. Si autem sit aliquid ordinatum ad finem tanquam via dispositio necessaria ad obtinendum

finē. quāuis cū sine adepto remanere nō potest illud erit bonū. nō pfectū simpliciter qā nīhil est tale nisi finis. nec erit bonū semp. scz aliqn scz tpe pcessus ad finē. verbi gratia. flores nō stant cū pfectione et maturitate fructus: qā tñ sunt boni tpe suo. quia disponūt ad futura fructus pfectionē. Qñ etiā dicif q delectatio nō stat cū sine. dicendū est q alia manet cū sine. et alia nō. delectatio nāq annexa est opatio ni vt apparet decimohuius. opatio aut aliqn est indigentis nature ad eius repletionē vt comedere bibere sanari et hmoi. et quia talis opatio nō stat cū pfecto esse. eo q in sui rōe claudit indigentia. iō neq delectatio talis opatio nis stat cū pfecto esse. stat tñ cū pcessu ad pfectionē. Alia est opatio nature pfecte. vt videre aut speculari. que stat cū pfecto esse et cū sine vel est ipsamet finalis pfectio nature. prop̄ quod et huic annexa delectatio stat cū sine. Ad aliā dicendū p̄sicut tpatūs nō fugit cibos et potūs vite necessarios. sic nec delectationes annexas eis. scz eas psequif qñ oportet et vt oportet excessiuas aut fugit ducentes ad inptantiā. et ille nō sunt bone. et hoc totū apparet scz in tertio huius. Ad aliā p̄ idem dico q intellectus bñ psequif aliquas delectationes et aliq̄ delectabilia. nā quecūq ad sanitatē sūt vel ad bonā habitudinē delectabilia exñtia hec appetit mensurate. et vt oportet vt dicif in tertio.

Ad aliā dicendū est q delectationes necessarię et cōmensurate fm̄ rectā rōnem nō impediunt prudentē. scz vel ad actū prudentie disponunt. vel etiā actū illuz p̄sitiunt. excessiue tñ impediūt. iō cōcedendū est. q delectatio nō ē bona in genere moris. ex eo q est delectatio. scz ex eo q est cōsona recte rōi. ppter qd tu nō debes cōcedere delectationē ex eo meliorē eē qā maior est scz quia magis cōsona rōi. Ad aliā maior statim negāda est. ad opationes ei virtuti exsequēdas nō est ars. scz prudentia. iō nō omne bonū hñmanū arte cōlegmur. minor etiā est ueganda nā ars ioculatoria vel pulmētaria videt esse delectationis vt dicif Añ. Ad aliā dicendū q viri pfecti magis psequuntur delectationes maiores. scz que sunt in opibus virtutū. q pueri. pueri aut magis psequuntur inordinatas iō tales nō sūt bone. Ad aliā cōceditur q delectationes alique sunt nociue et valde male. scz nō omīs. Et qñ dicif nulluz bonū est de genere malorū. dicendū est q duplex est genus. scz naturale et morale. gen⁹ na

turale inmit̄ ab ipsa natura fm̄ se. genus aut morale sumit̄ fm̄ cōsonantia vel dissonantiaz ad rectā rōem. sic enī duo p̄ma genera moralia sunt bonū et malū. bonū quod p̄sonat recte rōi. malū qd dissonat. ab ea cōcedā q̄ nō nō lū moraliter bonū est de genere morali malorū. scz nullū est incōueniens bonū morale et malū morale esse de eodē genere naturali. imo et de eadē spē sp̄ealissima. qñq̄ enī bonū est comedere carnes. et qñq̄ malū. Ad aliāz dicif p̄t q nō sunt eedē delectationes cōes bonis et malis. scz he cōmensurate. he incōmensurate vt etiā dicendū est qñ nō omne illud est malū quod cōuenit malis. pecunia enī simplr loquendo ē bona. et aliud omne qd virtuosus mallet q̄ oppositū. p̄t tñ eē q illud est malū malis. quia eo male vtunt̄. scz nō sequit̄ ergo malū simpliciter. sicut nō sequit̄. vinū est febricitanti malus potus. ergo vinū est malus potus. Tunc etiāz respondēdū est ad rōes adductas in cōtrariuz. Ad p̄mā dicendū est q delectatio simplr et p̄prie accepta est bona fm̄ totū genus ipsi⁹. scz si delectatio capiat̄ cōiter. nō est verū: hoc ergo p̄bat tertiā cōclusionē et nihil plus. Et ad idē reducēda est auctoritas eudoxii. Ad primā rōem eudoxii rñdebat plato p̄p̄ositionē illā nō eē verā. bonū est quod oīa appetūt. dicebat enī sensū qñq̄ obuiare rōi vt dicebat̄ etiā p̄mo huius iō nec necio dicebat bonū eē quod appetimus fm̄ sensū. tñ sicut dicif Añ. plato n̄ bñ negabat illā p̄p̄ositionē. p̄mo qā quod oīa appetūt hoc videt oībus bonū. quod aut videtur oībus. hoc est simpliciter p̄cedēdū tanq̄ cōmunis animi cōceptio. qñ neq̄ talia iterimēs posset credibilia dicē. Itē quod prudētēs et boni viri appetūt. hoc est bonū simplr. scz qd oīa appetunt boni viri appetunt. q̄ hoc est bonū. Et si queras quō mali bonū appetūt. respōdet Añ. q cū nihil sit ex toto malū. aliquid ē in prauis naturale bonū quod appetit p̄p̄riuz bonū. et satis de hoc habitu est p̄mo huius questione quarta et qnta. p̄t ergo dici ad rōez eudoxii q quolibet delectationē nō appetūt omnes. scz aliquā vnā omīs naturaliter appetūt et inclinant̄ in eā. licet hoc nō p̄cipiant. omīs enī naturaliter inclinant̄ in ipam felicitatē. et per p̄ns in annexā ei delectationē. hoc aut dictuz est satis p̄mo huius. Ad aliā rōem eudoxii rñdebat plato q nō oportet si tristitia ē mala. q delectatio sit bona. qā aliqn malū opponit̄ malo vt illiberalitas p̄digalitati. et ita dice

bat tristitia eē delectationi op̄posita quia etiā malū opponit̄ malo. et ita dicebat vtrāq̄ scz delectationē et tristitia opponi medio q neutra sit illarū verbi gratia iusticia et indelectationi: qd dicebat esse bonū. sed quis verum sit in aliquibus q malū malo opponit̄: tamē in p̄posito non potest esse verum. quia si vtrāq̄ esset mala. vtrāq̄ esset fugiēda: qd est falsū quia (sicut dictū fuit) omnes delectationē p̄sequunt̄. videt̄ ergo q tristitia delectationi op̄posita nō sicut malū malo scz sicut malū bono. Sed dicem⁹ q n̄ oportet omne tristitiam esse malā moralit̄: ideo nec omēs delectationē esse bonā. Ad aliā concedēdū est q oīs delectatio simplr et p̄p̄e dicta est secundū se eligibilis. sed capiēdo delectationē cōiter non erit verū dicere q delectatio sit eligibilis scz se sed scdm̄ q mēsurata est recte rationi. et quando dicif qd delectatio habet modū finis: potest dici q verum est de illa que consequit̄ finalē op̄ationē que aut consequit̄ optionē ordinatā ad finē nō habet modū finis sicut nec illa opatio nisi forte modum finis quo non gratia cui⁹. et quando dicif q non distigueret̄ ab vtili: potest dici q bonum vtile delectabile et honestū non distiguitur realiter sed secundū rōnē. de hoc autē satis dictum fuit in sc̄da questione vndecciā. Ad aliā dicendū est q sicut delectatio in opatione bona reddit op⁹ magis bonū: ita delectatio i op̄e malo reddit opus valde malū. ideo ergo he sunt bone ille male. Ad aliā potest dici q si natura p̄p̄e dicatur: tunc omīs motus v̄ constitutio in naturā eēt bonū. sed si natura largius accipiat̄ put ad omne cōsuetudinē vel ad habitū cōsuetudinalem extendit̄: cōsuetudo enī solet alia natura dici eo q inclinat qñ modo nature: tunc nō oportet bonū eē omne quod tendit in naturā vel etiā quod a natura p̄cedit. quod enī i prauā cōsuetudinē tendit vel qd ab ea p̄cedit nō est bonū. nō oportet ergo omēs delectatoez eē bonam Ad aliā potest dici q qñ vnūq̄q̄ habet de eitate: tñ habet de bonitate et de p̄fectione nature retātum enī habet de similitudinē ad p̄mū ens quod etiā ē p̄mū bonum. sed de bonitate moris nō oportet ita eē. nō enim oportet q qñ aliquid habet de eitate tātum sit cōsonū rationi Contra istā solutionē obicit̄ quia nullū ē bonū eorū q p̄fer naturam vt dicif septiō politice. tullii? etiā i libro de officiis dicif nihil eē decoruz aduersatē natura. Seneca similr ad luciliū eplā clarantū idē dicif. non potest ergo malū aliquid esse moraliter si sit bonum bonitate nature. nec

mirū. sicut omne verū omni verocōsonat. sic omne bonū omī bono cōsonare videt̄. quod iterū ex hoc patet q natura deo regitur et intelligētis que non errant ideo neq̄ natura errare potest q sicut vult aristoteles nec abundat i sup̄fluis nec deficit in necessariis. ergo qd nature dissonat deo dissonat vel intelligētis: tale autē bonū esse non potest. vnde seneca p̄ allegata eplā p̄bat de bono morali q non possit obuiare bono nature: dicēs sic bonū sine ratione nullū ē sequitur autē ratio naturā quid ergo est ratio nature icitatio. quod est sumū hoīs bonū: ex nature voluntate se gere re. Ad hec autē et omnia cōsilia dicendū ē q aliquid potest dici bonū duplx. Vno mō simplr. Alio mō alicui. dicif autē aliquid bonū simplr quod scdm̄ eius naturā simplr acceptā dei similitudinē aliquā p̄cipiat. Dicif autē bonū alicui: qd est cōsonū nature illius nec oportet quod est simplr bonū esse bonū vnicuiq̄. vbi grā: caliditas secundū eius intrisecā naturā est p̄fectior et melior q̄ frigiditas. tamē nō est melior aque: sed mala et discōueniens et corruptiā ipsi⁹ cōcedā ergo q sicut aliquid est secundū naturā. sic ē bonū et sicut est cōtra naturā: sic ē malū quia igitur omne ens simplr acceptū est secundū naturā inqtū est aliqua similitudo p̄cipiādi ipsius dei que est causa tocūs nature ideo quodlibet ens simpliciter loquendo concedit̄ esse bonum et quia multa sūt dissona nature homīs et impedimēta. p̄prie p̄fectionis ipsius cuiusmodi sunt omnia v̄cia et opera viciōsa. ideo illa non sunt boā homi mō bonū moris nō significat cōuertibilr idē qd bonū simplr sed sicut bonū alicui scz nature morigerabilr. iō omīs mos qui est fm̄ naturā morigerabilis ē bonū moris et si est dissonū nature ei⁹ erit malū moris. omīs q̄ delectat⁹ p̄ qto habet entitatē ē bonū simplr qā simplr cōsonat nature scz nō oīs est bonū moris qā nō omīs cōsonat nature morigerabili. Ad aliā cōcedif q oēs simplr delectabile et p̄p̄e est simplr eligibile et simplr bonū. scz delectabile viciōso nō opz eē eligibile simplr nec bonū simplr: scz appēs illi bonū. he de qone

Verif viciōsū Vtrū omīs tristitia sit mala. Arguit q non quia iusticia cū sit preclarissā virtutum nihil opatur malū scz ipa opat̄ tristitia scz qñ ad ei⁹ sp̄m puritiatū q̄ illa tristitia est boā Itē illud ē bonū p̄ qd pueri a malo retrahuntur et inclinantur ad opera nō solū bona simpliciter sed etiā sibi boā scz tristitia ē huī⁹ moi. ob hoc enī aliqn vberantē a p̄nitibz nihil nisi bonū simplr et bonū p̄uerorū

intendentibus. Item dicitur secundo huius quod propter voluntates mala operamur. et propter tristitias a bonis recedimus quod sic intelligitur quia propter prosequi voluptates mala operamur et propter fugere tristitias a bonis recedimus. ergo si est malum a bonis recedere malum est fugere tristitias. et si malum est fugere eas: bonum est prosequi eas. sed nihil est bonum prosequi nisi bonum: ergo tristitia sunt bone. Item illud est bonum quod oportet facere bonum viri et prudentis. sed bonum viri oportet aliquando tritari scilicet condolendo et compatiendo amicis et bonis viris infortunatis aut iniuriam patientibus. ideo etc. Item tristitia et dolores aliquando contingunt beato ut dicitur primo huius. sed nullum potest et malum contingere. Tum quia beatitudo est summum bonum: et tale nullum compatitur malum: sicut huiusmodi album nullum compatitur nigrum. Tum quia secundum beatitudinem beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: et omnium bonorum congregatio nullum compatitur secum malum. et hoc expresse dicitur Seneca in libro: de diuina providentia (nihil inquam accidere bono viro mali potest quia non miscentur contraria. Item omnis tristitia est ens et bonum dicitur equaliter enti primo huius: ergo omnis tristitia est bona. Item potest argui per ea que accepta fuerunt a Seneca libro primo questione decima sexta. Oppositum arguitur per Aristotelem dicentem sed tamen quoniam tristitia malum confessum est et fugibile quod quomodo sit verum videtur declarare dicens: hoc quidem enim simpliciter malum: hoc autem quod coipeditiuum. Ex quibus verbis ratio potest elici talis: tristitia vel est de bono: et tunc est malum simpliciter vel est de malo et tunc est malum secundum quid in quantum scilicet impedit a perfectioribus operationibus. Unde dicitur primo huius quod infortunia magna accidit bono non tribulat et conturbat beatum. tristitias enim inferunt et impediunt a multis operationibus. tale autem non est bonum. Item nihil preter naturam est bonum ut dicitur septimo politico. sed tristitia est contra naturam: dicente Aristotele tercio huius quod tristitia stupefacit et corrumpit naturam habentis. Item tristitia bonis viris illata est mala quia iniuriosa. tristitia autem malis illata videtur etiam esse mala: cum sit punitiva malicie. sicut enim opus bonum per alicuius boni collationem debet premiari sic opus malum per illationem alicuius mali debet puniri non enim est malo propter maliciam suorum operum retribuendum bonum. ergo omnis tristitia est mala. Item quis malum possit op-

poni malo sicut extremum extremo propter hoc quod bonum est in medio: tamen bono non videtur opponi nisi malum: sicut enim omne verum omni vero consonat. ita omne bonum omni bono consonare videtur. sed omnis delectatio si fuerit moderata et non superabundans erit bona siue in veneris siue in cibis aut potibus. quia aliter deus et natura non instituissent in eis delectationem. et tamen non solum delectationi superabundanti opponitur tristitia: verum etiam delectationi moderate: cum inter delectationem et tristitiam sit formaliter oppositio: ergo omnis tristitia est mala. Item nulla tristitia est delectabilis sed omne bonum siue etiam fuerit honestum siue utile est delectabile. ut apparuit in secundo libro in quinta questione. Propter solutionem istius questionis vide questionem octavam terti libri ubi posite sunt iste tres conclusiones. Prima quod operatio que propter metum fit: verbi gratia percipere merces in mare tempore tempestatis considerata secundum eius simplicem rationem non est dicenda voluntaria sed involuntaria. Secunda quod si illa operatio consideretur in ordine ad concurrentes circumstantias: dicitur voluntaria. Tercia quod illa operatio tunc quando fit: dicenda est voluntaria et vide ibi delectationem illarum conclusionum et tunc tu poteris in proposito ponere tres conclusiones predictas proportionabiles. Prima est quod nulla tristitia considerata secundum simplicem rationem tristitia est bona. quia illud non est dicendum bonum secundum eius simplicem rationem quod vir perfecte bonus magis vellet sibi abesse quam adesse. talis enim recte iudicaret circa sigularia. sed simpliciter omnis vir perfecte plus vellet esse sine tristitia quam tristis. ergo etc. Secunda conclusio est quod multe tristitiae considerate in ordine ad circumstantias concurrentes dicende sunt bone: et hoc satis probant quatuor rationes que in principio questionis fuerunt adducte. Tercia conclusio est quod ille tristitia tunc quando inferuntur dicende sunt bone. et proba conclusio nem illam sicut probat tertia conclusio predictae questionis octave terti libri. Aliter potest solui questio distinguendo tristitias multiplices: quodam enim inferuntur viris bonis: alie malis: alie neutris ubi gratia: pueris quodam nudum hiturati sunt in bonitate vel malicia: Tristitia autem que inferuntur bonis viris sunt duplices quodam enim perveniunt eis et suis propriis operationibus non quando operatur bonum dum est bonum. sed quas potuit operari antequam esset bonus. sicut est peccare de peccatis et negligere et de amissione sui temporis. et tales tristitiae licet habeant subtractum malum tamen tora-

liter dicende sunt bone. quia firmat homines in virtute et excitant ad seipsum melius operandum et feruentius ad recuperandum tempus amissum. Alie sunt tristitiae que inferuntur bonis viris aut per iniuriam illatam sibi vel a amico: aut per fortunam adversam sibi vel amico: aut per naturam humane fragilitatem sicut sunt sitis et fames et egritudines corporales (de quibus verum sunt dicende de bone vel male) dicendum est omnino dictum fuit de egritudinibus: paupertatibus: iniuriis et huiusmodi in vnde dicitur questio libri. Tristitiae autem que malis inferuntur sunt multiplices. alique enim procedunt in eis ex huiusmodi malicie. ubi gratia ex invidia oriuntur tristitiae de bono alius et ex invidia oriuntur tristitiae de carentia cibi sup delicati ex timiditate oriuntur tristitiae de tribuli imminente et vniuersaliter de omni actu in quo virtuosus delectaretur per quod distat vel opponitur actui ad quem viciu inclinaret virtuosus contristatur. et ista tristitia est valde mala. quoniam propter ipsam et a bonis operibus recedimus et ad opera viciosa incitamus. et sic ipsa inficit animam et deprauat. Ista etiam quia non est moderata ratio inata est augmentum suscipere: ex quo hec nocumeta sequuntur. ipsa corpus exsiccat. et sic maciem et extenuationem inducit: et quia cor costringit et spiritus obtenebrat et ingrossat: ingenium ebetat apprehensionem impedit iudicium obscurat et memoriam obtundit. et omnino super omnia corpus et animam affligit et tormetat. Sed his non obstantibus aliquis de ista conclusione dubitaret quoniam illud videtur bonum in malis hominibus. quod est eis medicina. sed talis tristitia est eis medicina malicie. ergo etc. maior est nota de se. minor probatur. Haec inopia fit per prosequi delectationem in potu et cibo: medicine autem fuerit per contraria ut dicitur secundo ethicorum. ergo tristitia que fit per abstinentiam cibi et potus delectabilium est medicina inopia. Item dicit Aristoteles secundo ethicorum. Intentio legislatoris est facere ciues bonos. et ostendit modum per quem hoc facit scilicet ethicorum: dicens quod legislatores puniunt et cruciant operantes mala. bona autem operantes honorant. velut hos quidem puocates: hos autem prohibentes sed ita: quibus penis et punitioibus cruciari debet: mali ut a malo prohibeantur declarat Aristoteles decimo ethicorum: dicens: oportet primum delectationem appetere tristitia puniri. et oportet tales fieri tristitias que maxime contrariantur amatis delectationibus. Ex his ergo potest sic argui illud est bonum in malis per quod prohibetur a malo. sed inopia appetens delectationes ciborum et potuum prohibetur a malo per tristitiam famis et sitis. ut appet ex dictis ideo etc. Item illud est bonum malis per quod reduci possunt ad medium virtutis: sed inopia cum inclinatur fit ad delectationes

ciborum et potuum: reduci poterit per sustinere tristitiam famis et sitis ut apparuit secundo ethicorum. ubi dicitur intendere aut oportet ad que ipsi facile mobiles sumus: et in contrarium nos ipsos trahere oportet. quod toruosa lignorum dirigentes faciunt. Item duorum malorum minus malum est eligendum tamen bonum illo casu quo necesse est alterum illorum sustinere. sed necesse est in tempore vel delectabilia circa que solet actum in parte exercere esse presentia. et sic delectabile in parte vel ea esse absentia: et sic tristitia. primum autem istorum est peius secundum. ergo secundum est bonum in tempore. Item per assuetudinem sustinendi tristitiam famis et sitis generatur inopia: sicut per assuetudinem sustinendi tristitiam armorum et vulnerum generatur fortitudo. nam sicut dicit Seneca epistola multum tibi ad Lucillum: vires nunquam dare certam sui fiduciam possunt. nisi cum multae difficultates hinc et illinc apparuerint. quod declarat exemplis dicens. non potest athleta magnos spiritus ad certamen afferre qui nunquam surculatus est: unde si vis antea illam et alias similes in questione decima sexta primi libri. ergo videtur quod sustinere tales tristitias sit valde bonum illis in quibus nudum est virtus generata. Ad hec autem omnia et consimilia dicendum est distinguendo quoniam aliud est suscipere vel sustinere id quod potest inferre delectationem vel tristitiam. aliud est in illo delectari vel tristari. Dicendum ergo quod sustinere ea in quibus viciosa ratio viciu constant: est bonum generatum et saluatum virtutis. sed tristari de hoc est malum quoniam illud non est stabile simpliciter sed delectabile. cum virtuosus delectetur in illo. ubi gratia in parte sustinetur de carentia ciborum sup delicatiorum: et de repletiōe ventris. huiusmodi autem carentia et non repletiō bonae sunt. et eas grate et delectabiliter accipiunt virtuosus. sed de tali carentia vel non repletiōe tristari est viciu et oppositum virtuti. Dicendum est igitur. Ad primam obiectionem quod medicina malicie est tristitia id est sustinere illud quod viciu esset stabile: sed in illo tristari non est medicina malicie. sed est in virtuosus actus difformis: et inclinatur ad exteriorē actum malicie. Et quoniam dicitur quod medicine fuerit per contraria: ego cedo. sed delectationem de presentia obiecti non contrariatur tristitia de eius absentia. imo consonat sicut in quibus consonat recessus a sursum et accessus ad deorsum sed eundem obiecti absentia et presentia contrariantur. id sicut sustinere presentiam delectabilis est malum in temperato: ita sustinere eius absentiam est sibi medicinale et bonum. Ad aliam dicendum est eodem modo quod in inopia prohibetur a malo per sustinere id quod est sibi triste. sed non tristari in illo. quoniam ipse formaliter peccat in hoc quod tristatur in illo. quoniam dicitur quod oportet inferre tristitias que maxime con-



nō erit lapidis s3 tua. Itē ille delectatiōes sūt peiores q̄ sūt pprie viciōis peius deprauiatis q̄ ille que sūt cōes viciōis 7 incōtinētibus. imo etiā 7 cōtinētibus. ista maior ptz ex eo q̄ cōtinētia ponit hitus laudabilis: 7 q̄ incōtinētia ponit minus mala q̄ cōpleta malicia. s3 delectationes male sensuales vident esse cōmunes oibus p̄dictis. delectatiōes aut̄ intellectuales cōcordes cū sensuales p̄uis delectatiōibus: vidēt esse pprie deprauiatis 7 in malicia obstinatis. iō rē. Itē ille delectatiōes sūt peiores que destrūit omnē impetū ad bonū: q̄ ille que nō. s3 delectatiōes intellectuales in opibus malis destrūit oēm impetū ad bonū vel saltē maiore eius ptē quia se sūs nō habz corrigē intellectū: delectatiōes sensuales nō sic destrūit: impetū ad bonū. qa intellectus innatus est corrigē sensū. iō rē. dein dicit q̄ delectatiōes intellectuales circa ea ad q̄ delectatiōes sensuales nō ascendūt: que approp̄ato noie vocant̄ intellectuales: sūt multo meliores q̄ delectatiōes sensuales. q̄ p̄bat̄ p̄mo ex pte obiectōrū: quia ipse vel saltē aliq̄ earū sūt circ̄ obiecta meliora 7 excellētiora. vbi grā circa deum 7 intelligētias. 2<sup>o</sup> p̄bat̄ ex pte potētie quia delectatiōes pprie potētie nobilioris 7 melioris sūt meliores delectatiōibus potētie inferioris 7 vilioris. intellectus aut̄ est potētia sup̄ior 7 excellētior sensui. iō rē. Tercio p̄bat̄ ex pte cogitiōis 7 hoc dupl̄. p̄mo put delectamur in ipsa op̄atiōe que ē cognitio. Sc̄do put delectamur in obiecto cogito. Primū istos ptz t̄plic̄. p̄mo ex hoc q̄ cognitio intellectualis est melior 7 altioris q̄ d<sup>o</sup>. 2<sup>o</sup> qa ipsa est intellectui magis cogita q̄ sensui uia sensui: pp̄ter reflexibilitatē intellectus. 7 delectatio cōsurgit ex app̄hēsiōe rei delectabilis. Tercio sicut dicebat̄ p̄us pp̄t̄ miore conexione cogitiōis intellectualis cū t̄sticia 7 labore. Sc̄dm aut̄ p̄dictos ex hoc ptz q̄ cognitio intellectuā ē it̄mior obiecto q̄ sensitiua qa attingit ad sb̄nā obiecti: sensitiua aut̄ coḡscit rē solū in acc̄tibus Quarto dicta cōclusio p̄bat̄ ex pte habitus: qm̄ hitus optimus circa sēsibilia vidēt esse prudētia (nisi p̄p̄ōas sciētia naturalē) s3 habitus optim<sup>9</sup> circa insēsibilia est sapiētia que ē melior prudētias scia naturali: vt dictū fuit in sexto. q̄ eius op̄atio est melior: 7 per p̄ns delētabilior. Quinto hoc p̄bat̄ ex cōgregatiōe pp̄rietati delectatiōis intellectualis. qm̄ in boīs illō est melius q̄ ē maius purius 7 firmitus. s3 delectatiōes intellectuales sūt hm̄oi. p̄bat̄io. p̄ sūt maiores. qa potētie capacioris 7 obiecti potētoris: sūt inq̄ maiores

magitūdie p̄fectiōis: pp̄ter obiecti 7 potētie excellentiā vt dictū fuit. sūt etiā maiores p̄fectiōe dū ratiōis 7 cōtinuatōis: eo q̄ sēsibiles hnt fastidium 7 facietatē. Dein dico q̄ sūt puriores. Tū ga sūt imutabilis potētie 7 circa obiectū ab oīum matia 7 cōditōe vili sepatū tū quia nō hnt t̄sticia cōtrariā cui admisceat̄ mō q̄ diceb̄ in sepatū t̄ q̄stōe. Dein dico q̄ sūt firmiores. qa nec ex pte subiecti p̄nt infirmari vel corrupi. cū intellectus sepat̄ ab aliis potētiis sicut pp̄tū a corruptibili. neq̄ ex p̄trario cū nō habeat cōtrariū vel si aliq̄ habeat tū minus hnt q̄ sēsuales. neq̄ ex obiecto cū ipsū sit imutabile oīno. vnde dicit A. in. x. hui<sup>9</sup> vidēt̄ enī phia admirabiles delectatiōes habē firmitate 7 puritate. Et tu potes vidē q̄ iste rōes 7 plures earū. p̄bat̄ sufficit̄ q̄ delectatiōes circa obiecta sensui excedētia sunt meliores q̄ delectatiōes etiā intellectuales circa obiecta sēsibilia: de q̄bus tū p̄batū fuit q̄ sūt meliores q̄ sensuales. 7 q̄ est melius meliori ē m̄to melius minus bono ideorē. Istis tū nō obstātibz vidēt plurimis q̄ delectatiōes sensuales sunt meliores 7 eligibiles q̄ p̄dicte intellectuāles. 7 huius A. n. alliḡt euidentissime duas causas: quā p̄ma est q̄ delectatiōes corporales hnt t̄sticia sibi cōtrariā: quā sensus maxie abhorret cuius t̄sticie delectatio est expulsiva medicina multa velocitate. vbi grācia: t̄sticia famis 7 sitis expellit cito delectatio que fit in comestiōe: potu. iō ergo tales delectatiōes vidēt maxie eligibiles: quia nō solū appetit̄ eo q̄ delectatiōes: s3 multo magis qa expulsivē sunt t̄sticiā. 7 iō tu vides q̄ tūc appet̄ maxia delectatio in potu ci bo: qm̄ hō valde famelcit 7 sitit. pp̄ter q̄ vt dicit A. n. aliqui p̄parēt sibi sūt comedēdo fassa vel a cuta: vt in potu amplius delectent̄ cū hoc etiā v nūq̄q̄ magis apparet: cū visu fuerit iuxta p̄trariū. iste aut̄ delectatiōes sentiunt̄ iuxta t̄sticias sibi cōtrarias: deo magis apparet. delectatiōes aut̄ intellectuales nō habēt cōtrariū. pp̄ter quod nō apparet multis ita eligibiles. Secūda causa est quia plurimi sciētias spectatiuas ignorates: nō possūt vt delectatiōibus intellectualibus: s3 gustāt sensuales solū. pp̄t q̄ nō est mixt̄ si ille apparet eis maxime 7 optime: qui enī mel non gustauerit nō pcipit mellis dulcedinē. S3 statz ex dictis apparet q̄ delectationes intellectuales sūt lōge meliores 7 p̄fectiores. qm̄ illud non est dicendū delectabile simplicit̄ 7 sc̄dm vitatē: q̄ delectat infirmū rōe infirmitatis sue s3 illud q̄ delectat sanū 7 i p̄fecto cōstitutū eē. s3 delectati-

ones corporales delectant solū infirmā naturā: s3 patientē aliq̄ defectū puta famis aut sitis vigilie vel laboris aut caloris vel hm̄oi. vñ eluriētibus est delectabile comedē: saturatis aut̄ ē ste. delectationes aut̄ intellectuales sunt nature indigētis: sed in p̄fecto esse cōstitute. Itē delectatiōes corpales ex eo q̄ sūt solū medicinales habēt sup̄habūdatiā prauā 7 vitupabile. indigētia enī restituta: nocēt. nullū enī bonū simplicit̄ habz talē puā sup̄habūdatiā. s3 intellectuales delectatiōes tāto sūt meliores. q̄to magis abundāt. pp̄ter q̄ ille sūt simplicit̄ bōe delectatiōes 7 p̄fecte. Itē opz cōcedē sumā esse dei delectatiōis illa tū nō est nature destituta 7 indigētis. sed ad extremū cōstituta 7 p̄fecte. ergo delectatiōes sūt meliores que sūt nature perfecte q̄ que indigētis 7 desiderabiliōres: si sit desiderabilius eē p̄fectū q̄ indigē. Ad p̄mā ergo rōem dicendū est q̄ omnes appetit̄ delectatiōes intellectuales quia omēs natura scire desiderat: s3 nō omēs possūt eas p̄sequi 7 gustare pp̄t̄ multiplicē humane nature fragilitatē. q̄ si possent: oēs aut plurimi iudicaret eas esse meliores. Ad aliā p̄t̄ dici q̄ apud illos qui de vtriusq̄ delectatiōibus gaudere p̄nt: delectatiōes sensuales nō sūt potētiores pp̄t̄ q̄ dicit̄ in de morte A. n. q̄ plus purus 7 p̄fect<sup>9</sup> (qui solus vtriusq̄ gustare p̄t̄ delectatiōes) mortificauit omia desideria rē. vñ est tū q̄ delectatiōes sensuales nō sua ptate s3 per accidēs impediūt delectatiōes intellectuales: videlicz in q̄ tū alliciūt sensus ad ipsas vt nō possunt intellectui ministrare. Ad aliā dictū fuit q̄ delectatiōes intellectuales sūt maiores. 7 statū iam dictū est q̄ sensuales non pp̄ria vtute sed per accidēs absorbet̄ iudiciū rōis. Si aut̄ extases 7 isaias inducūt: hoc nō est qa sint maiores q̄ intellectuales sed quia fiūt cū quodā motu corporis 7 spirituiū qualē motū nō exigūt intellectuales: delectatiōne aut̄ fieri cū motu nō arguit̄ magitūdine. cū dei sumā delectatio sit cū omimoda immobilitate. Et sic est finis q̄stionis.

**V**eris̄ vicesimo sc̄do: vtr̄ delectationes intellectuales habeat̄ t̄sticias sibi p̄rias  
Arguit̄ q̄ sic. qa sicut aliq̄ iudiciū intellectus sequit̄ iudiciū sensus: ita possibile ē delectatio intellectus sequat̄ delectatiōē sensus. s3 illo casu delectatio 7 t̄sticia ita cōtrariant̄ apud intellectū sicut cōtrariant̄ apud sensū. Et cōfirmatur quia intratus de habūdātia venereo-

rum delectat̄ nō solū sc̄dm sensū se l etia sc̄dm intellectū. aliū nō dicit̄: r3 ab incōtinēte de hac aut̄ venereorū habūdātia temperis t̄staret̄ tiam apud intellectū: tū hec t̄sticia illi delectatiōi esset cōtraria. ideo rē. Itē non magis vidēt q̄ delectatio intellectualis habeat delectatiōē sibi cōtrariā: q̄ q̄ habeat t̄sticia sibi cōtrariā. sed ipsa habet delectatiōē sibi cōtrariā. iō rē. minor p̄bat̄ quia ab habitibus cōtrariis eliciunt̄ actus cōtrarii: 7 actus cōtrarios vident sequi delectationes cōtrarie. sed habitus intellectuāles adhuc pure speculatiuos p̄tingit esse cōtrarios quia cōtingit opinari cōtradiatoriā: 7 opinatiōes cōtradiatoriā sūt cōtrarie: vt dicit̄ q̄to methaphisice. Item ex eodem principiō Arguit̄ sic quicūq̄ de vno actu delectat̄: ipse cōtristaret̄ de actu cōtrario. ergo cum sit dare actus intellectuāles cōtrarios adhuc impure speculatiuos vt dictū est sequit̄ q̄ delectatio intellectualis potest habere t̄sticia cōtrariā. Itē sicut delectatio sensualis de p̄ntia cibi habz t̄sticia cōtrariā de eius absentia: ita quilibz vidēt̄ expiri in speculatiuis q̄ ipse delectat̄ de inuētiōe solutiōnis alicuius difficultatis: p̄trarie t̄statur cū non possit eam inuenire. Oppositū vidēt̄ dicere p̄us septimo huius vbi dicit̄ quōsdā operationes 7 delectatiōes esse sine cōcupiscentiā 7 t̄sticia: puta eius q̄ est speculari natura nō indigēte. dicit̄ etiā q̄ ille delectatiōes que sūt sine t̄sticia non habent sup̄habūdatiā. hec autē vt dicit̄: sunt que natura delectabilia: 7 non sc̄bz accidens tales aut̄ maxime vident̄ delectatiōes intellectuales. ergo delectationes intellectuales nō habent t̄sticia cōtrarias. dicit̄ etiā q̄ delectationes hec quidē imixtas: he aut̄ mixte. Et vidēt̄ illas vocare imixtas que non habent cōtrariū. illas aut̄ mixtas que habēt cōtrariū: cū cōtrariū cōtrario misceat̄: delectationes aut̄ imixte videntur maxime esse delectationes intellectuales. pp̄ter quō dicit̄ in decimo huius dicit̄ vidēt̄ enī philoſophia admirabiles delectationes habere puritate 7 firmitate. Multi pp̄t̄ dictas auctoritates putant fuisse de intentiōe philoſophi q̄ delectationes sensuales habeat̄ cōtrariū 7 non delectationes intellectuales quod tamē in dictis auctoritatibus plus non intendit. cū non solū illa dicat de intellectualibus s3 7 de quibusdā sensibilibus. dicit̄ enī in decimo huius. sine t̄sticia enim sunt mathematice delectationes: 7 earum

que secundum sensus et per olfactum. sed et auditiones et visiones. multe autem memorie et spes. Nec se quis si alique sunt delectationes non mixte tristitia: quod non habeant tristitias contrarias. quoniam albedo perfecta habet nigredinem sibi contrariam. et tamen non est admixta ei. nec etiam omnia contraria sunt in inuicem inmiscibilia. corruptibile enim et incorruptibile ut patet decimo methaphisice sunt contraria. et tamen non miscentur. forte etiam virtus non miscentur vicio contraria etiam immediata si aliqua sunt non miscentur propter quod videndum est quomodo sumatur contrarietas delectationis ad tristitiam. Secundum videtur quomodo delectationes intellectuales vel etiam sensuales habeant contrarium. Tertio declarabitur quod per autoritates prout adductas Aristoteles intendat. Quatuor ad primum dicitur aliter et aliter a diuersis. dicitur enim aliter quod delectatio de presentia alicuius obiecti contraria tristitie de absentia eiusdem. vbi gratia delectatio in presentia de presentia et visu ciborum contraria tristitie de absentia eorum. et hoc apparet decimo ethicorum. vbi dicitur quod punitioes malorum fieri debent per tristitias que maxime contrariantur amatis delectationibus et est ibi intentio quod auarus qui in cumulatione pecunie delectatur per subtractionem pecunie punitur. et superbus per subiectiuam depressionem. et gulosus per ciborum subtractionem. et sic de aliis: ergo intentio Aristoteles est quod delectatio de cumulatione pecunie contrariatur tristitie de subtractione ipsarum. nullus enim potest dicere quod auarus delectatus in cumulatione nec punitur per tristitiam in cumulatione: quia nunquam in cumulatione pecunie tristitaret. Item fames et sitis sunt quedam tristitie de absentia cibi et potus. et tamen ipse videtur contrariari delectationibus ex repletionem. quod sic probatur. tristitia contrariatur delectatio que est ipsius corruptiuam: sed delectatio que est ex repletionem scilicet ex sumptionem cibi et potus est corruptiuam tristitie que in fame consistit. Similiter delectatio ex salute nauis est obiectiuam tristitie que erat ex eius periclitationem. id est et cetera. Item delectatio et tristitia comparantur ad appetitum: sicut quies naturalis et quies violenta ad naturam grauis aut leuis. delectatio enim est quasi quies naturalis appetitus in bono. tristitia vero est quasi quies violenta appetitus in malo. cum enim bonum uolumus ademptum sumus: letamur. et cum in malo detinemur inuoluntarie: tristiamur. sed constat ex quinto physicorum quod respectu eiusdem quies naturalis contrariatur quieti violente: et quies in termino a quo quieti in termino ad quem. ergo tristitia de malo contrariatur delectationi de bono opposito.

Confirmatur quia contrarietas delectationis ad tristitiam videtur debere sumi ex contrarietate obiectorum cum actus distinguantur per obiecta ergo tristitia de malo debet contrariari delectationi de bono opposito. Item contrarietas delectationis ad tristitiam debet sumi sicut contrarietas sanitatis ad egritudinem. quoniam sanitas est ex proportionem conuenientem qualitatum et egritudo est ex defectu illius proportionis. sicut delectatio est ex conuenientia obiecti: et tristitia ex defectu conuenientie. scilicet sanitas que est ex proportionem qualitatum contrariatur egritudini que est ex defectu illius proportionis. ergo delectatio que est ex presentia obiecti conuenientis contrariatur tristitie que est ex eius carentia. ergo et cetera. Aliis autem videtur oppositum esse verum. non enim videtur eis quod delectatio de aliquo sit contraria tristitie de suo proprio: sed tristitie de eodem vbi gratia videtur eis quod delectatio de presentia cibi non sit contraria tristitie de eius absentia. scilicet tristitie de eiusdem cibi presentia. et hoc videtur probare sic. presentia non sunt eiusdem moris. scilicet delectari de salute ciuitatis et tristari de eiusdem destructione sunt eiusdem moris delectari autem de eius salute et tristari de eius salute sunt priorum morum. et non possunt eisdem simul inesse ideorum. Item contraria non consequuntur se ad inuicem. scilicet consequuntur si quis gaudet de prosperitate vicini quod tristetur de ipsius aduersitate. et contra. vnde si diosum sicut videmus gaudere de prosperitate vicini vel proximi: sic enim videmus tristari de eius aduersitate. et sicut inuidus contra tristatur de prosperitate sic gaudet de eius aduersitate. id est et cetera. Item actus viciosi contrariantur actibus virtutis: sicut virtus vicio. sed gaudere de prosperitate vicini est actus virtutis et de ea tristari est actus vicii. ergo delectatio et tristitia de eodem contrariantur: et non delectatio et tristitia de contrariis. Item delectatio fit secundum conuenientiam obiecti ad potentiam et tristitia secundum discouenientiam. modo conuenientia seu similitudo ad album non contrariatur discouenientie seu dissimilitudini ad nigrum. ergo possunt simul inesse eidem. cignus enim secundum albedinem est similis nini et dissimilis coruo. ergo delectatio appetitur de aliquo non contrariatur eius tristitie de contrario. Alii autem dicunt quod proprie loquendo de tristitate nulla delectatio contrariatur tristitie: scilicet delectatio delectationi. nam contraria proprie accepta debent esse eiusdem generis et non diuersorum apparere. methaphisice propter quod dulce in voce non contrariatur amaro in sapore: nec vniuersaliter aliqua vox alicui sapor: propter hoc quod vox et sapor sunt diuersa genera sub se plures species continentia quibus ad huc sub e-

odem superiori genere continentur: scilicet delectatio et tristitia sunt diuisa genera. delectatio enim sub se plures species et diuisas habet sicut expresse dicit aristoteles de deo huius et pari ratione tristitia plures habet sub se species tristitiarum. ergo proprie nulla delectatio contrariatur tristitie nec e contra. Item delectationes sequentes actus contrarios sunt inuicem contrarie ut delectatio studiosa et delectatio uiciosa uerbi gratia: delectatio amici de proximi prosperitate contraria est delectationi inimici vel inuidi de ipsius aduersitate. si autem delectatio sit contraria delectationi sequitur quod ipsa non sit contraria tristitie quia tamen vniuersum est vni contrarium ut dicitur de deo methaphisice et cetera.

Ista igitur videtur mihi satis difficilia: tamen forte potest via dari ad ingrediendum veritatem apriori si distinguamus tria ad delectationem vel tristitiam principaliter facientia. Primum est obiecti condicio quia sunt alia et alia obiecti condicio vniuersa vel natura ipsam appetens vel discoueniens. appens autem conuenientia delectatur. et discouenientia contristatur saltim quod est de parte scilicet per accidens scilicet ratione absentie fiat aliquando e contra. Secundum est obiecti presentia vel absentia. Nam presentia conuenientem et absentia discoueniens delectatur e contra aut contristatur. et forte istud secundum se potest reduci ad primum quia discoueniens absentia iudicatur tamquam conueniens. et conuenientem absentia tamquam discoueniens. Sed forte quod aliqui obiceret contra illud secundum dicens quod memoria et spes obiecti conuenientem sunt aliquando delectabiles cum tamen obiectum non sit conueniens neque presentis. Ad hoc ridet aristoteles per morethoric dicens quod in omnibus talibus memorantes vel sponte quasi sentire putant id quod amant. habet enim presentia obiecti si non realiter. tamen aliquomodo secundum fatuam. Ex quo concludit aristoteles ibidem quod cum aliquis fiat tristis de hoc quod amicus abest vel est mortuus: et tamen in ploracionibus et lamentacionibus inquit quodam delectatio. tristitia quidem enim de non adesse. delectatio autem ex memorando et videndo aliquando illud et qualia egit et qualis erat. Tertium vero faciens ad delectationem et tristitiam est cognitio de conuenientie ipsius obiecti vel discouenientie et presentie vel absentie. Nam proprie huiusmodi defectu delectatio non conuenit lapidibus vel vniuersaliter cognito carentibus. ymo hi tamen videtur ad delectationem et tristitiam esse principalissimum in tantum quod obiectum delectatur si non fuerit conueniens neque presentis. dum tamen apprehensum fuerit per modum conuenientis et presentis. uerbi gratia malus in se simpliciter turpi et nature hominis discoueniens delectatur quia iudicat illam conuenientem. aliquando etiam in sonis ymaginantes se comedere vel bibere delectantur quibus non adsunt cibi neque potus ymo proprie ipsius tercius principalitatem dubium est: utrum delectatio sit idem realiter quod huiusmodi iudicium

vel apprehensio vel sit res alia consequens tamen naturaliter ad ipsum de quo dubio postea ingremus. His autem visis apparet iam quod si delectatio non sit idem quod illud iudicium: tamen habet ipsum cum duobus antecedentibus pro abstracto vel obiecto. passionum autem distinctio contrarietas si non formaliter tamen secundum extrinsecam denominationem et originaliter sumitur ex distinctione subtractorum vel obiectorum. et ideo contrarietas potest delectationibus et tristitiis attribui ex parte cuiuslibet trium predictorum. Si ergo contrarietas attendatur penes conditiones obiectorum aliis duobus manentibus eisdem: tunc delectatio de aliquo obiecto contrariatur tristitie de obiecto contrario: uerbi gratia delectatio frigiditatis que fit de calore est contraria eius tristitie que fit de frigore. et delectatio principis de salute ciuitatis est contraria tristitie eiusdem de ipsius destructio. quoniam ille passiones sunt contrarie que presentis successiue eidem inesse et non simul sed sic est de delectatione et tristitia. constat autem quod frigiditas et manes in eodem iudicio de conuenientia et discouenientia caloris et frigoris scilicet in illo iudicio quod calor est sibi conueniens et frigiditas discoueniens non simul delectari potest de calore presentie et tristari de frigore presentie: nisi forte secundum diuersas partes. quia non possunt ei simul presentari calor et frigiditas: scilicet successiue potest si calor post frigiditas sibi presentatur uel e contra. Isto autem modo delectatio non contrariatur delectationi quia stante eodem iudicio presentis de presentie caloris et discouenientia frigoris impossibile est delectari de frigore. Et est sciendum quod delectatio et tristitia de presenti non contrariatur in genere moris scilicet secundum rationem bonitatis moralis et malicie sibi opposite. scilicet potest conuenientem ad inuicem tamquam eisdem moris. eisdem enim moris est delectari de salute ciuitatis et tristari de eius destructio. nam utrumque spectat ad bonitatem ciuis vel principis sicut eisdem moris est gaudere de proximi aduersitate et tristari de eius prosperitate utrumque enim est presentis inuidie. si uero presentia accipiat penes obiectum eisdem presentia et absentia manente et eodem iudicio de ipsius obiecti presentia et absentia presentia tunc delectatio de presentia presentia et tristitia de absentia et non delectatio delectationi et erit delectatio et tristitia presentie eisdem moris sicut dictum fuit de primo modo sumendi presentia et totum illud potest declarari sicut declaratum fuit de primo modo. et potest capi ex eplura de presentia inimicorum ciuitatis et eorum absentia. et hoc totum est roabile quia dictum fuit quod ille modus contrarietatis reducebatur ad presentem. Si autem presentia attendatur penes contrarietatem iudiciorum manentibus eisdem aliis de duobus. tunc est delectatio est contraria







autem esset commune ei qui neque esset virtuosus nec viciosus in bono nec in malo vel saltem in malo scilicet illa conclusio est quod circa obiectum simpliciter tristabile peius est delectandus quam non tristandus. Et ista conclusio modo communi probanda est. Et ista due conclusiones etiam probantur per illam regulam scilicet topice: si oppositum in opposito et oppositum in opposito. que ut apparet ibidem tenet in terminis contradictoribus: e contrario non in ipso. Si vero fiat comparatio penes delectationes et tristitias consequentes: quas pro nunc ego voco illas que fiunt circa obiecta contraria vel opposita: consequentium adiuvit secundum morale malicia vel bonitate: tunc est questio utrum magis sit delectandum in obiecto delectabili quam tristandum in tristabili: De quo ego puto quod magis sit delectandum in delectabili quam tristandum in tristabili. quod probari potest sicut tercia conclusio probatur. Sed statim obicitur contra istam conclusionem quia videtur esse contra eam naturam omnium animalium. plus enim omnes tristantur de supercedenti fame quam de quantum corporali repletione delectantur. Plus etiam homo tristatur de infirmitate egitudine quam delectatur de omni sanitate. plus etiam tristamur de atroci corporis vulneratione: quam gauderemus de omni corporis integritate. Ad hec autem omnia dicendum est quod esse et vivere est naturale sicut delectabile scilicet magis quam quodcumque aliud sit tristabile. quod ex hoc patet: quia nullus homo sane mentis vel etiam nullum animal tantam tristitiam est tristitia quam adhuc abhorret magis mori quam illam tristitiam sustinere. et nos videmus quod una maxima tristitia est dolor mulieris parturientis: quia tamen licet ex parte non tamen abhorret quantum cupit delectationem inveneris. propter quod non abstinere ab actu venero. potest ergo dici quod quia omnes sensus et tota vita radicantur in proportione determinata quietatis tangibili. et quia itere intellectiva cognitio dependet ex sensitiva: ideo dolor siue tristitia tactus cum fuerit excellens: quis primo et directe non opponatur nisi delectationi tactus: tamen ex consequenti opponitur omni delectationi cuiuslibet sensus et etiam intellectus. et universali delectationi que est inesse et vivere et in quocumque opere vite. ideo magis abhorret naturaliter quam sola delectatio tactus appetatur. non tamen in quantum soli delectationi tactus opponitur. unde si est diuisa tristitia illa in totas partes quot delectationibus opponitur. quibus pars non magis abhorretur quam delectatio sibi opposita appetatur: minus. unde videmus aliquos sibi procurare famem et sitim ut delectentur in cibo et potu sed non procurant hec ad extremum quia auferret delectationem maxime desideratam que est de essendo et vivendo. distinctionem autem indeterminationem illius questionis scrupulosius studiosis relinquo.

Ad primam ergo rationem dicendum est quod actio contraria repellens et actio convenientis alliciens reddunt bene motum velociorem quam unum istorum solum. sed propter hoc non oportet quod contrarium per se acceptum reddat motum velociorem quam convenientes per se acceptum.

Ad aliam potest concedi quod tristitia vehementer actus est vehementioris impetus quam aliqua delectatio partialis tactus nisi illa delectatio sit de esse siue de vivere vel nisi includat eam virtualiter: cuiusmodi non sunt delectationes circa quas est intentus patens: a quibus est facilius abstinere quam tristitia sustinere: que aliquando fortis sustinetur per virtutem fortitudinis. causa autem que tristitia est vehementissimi impetus et valde fugienda: dicta sunt. quia scilicet virtutalis opponitur omni delectationi.

Ad aliam dicendum est quod magis est persequendum bonum quam evitandum malum. et quod dicitur illud est melius per quod magis malum evitatur: illud posset concedi. et tunc diceretur quod malicia evitatur non solum per suam malitiam. sed etiam per persecutionem boni. ita quod persecutio boni claudit in se virtualiter fugam mali. et aliquid addit ultra quod melius est. Vel potest dici quod fuga mali secundum eius pacis rationem habet pro termino a quo malicia posuitur: et pro termino ad quem perventionem malicie. persecutio autem boni habet pro termino a quo perventionem bonitatis. et pro termino ad quem ipsa bonitate posuitur. ideo concedi posset quod fuga mali est melior quam persecutio boni in ordine ad terminos a quibus sunt sed in ordine ad terminos ad quos tendunt: persecutio boni est melior. et quia motus inclinatio magis specificantur ex terminis ad quos tendunt quam ex oppositis: ideo simpliciter concedi debet quod persecutio boni est melior. Et eodem modo procedit alia formatio. Ad aliam concedendum quod peius sit non fugere malitiam quam non persequi bonitatem: sed sequitur e converso quia sicut declaratum est secundo topicorum: argumentum in terminis contradictoriis debet fieri secundum consequentiam e contrario: non secundum consequentiam in ipso.

Ad aliam rationem que arguebat quod neutrum sit melius reliquo quia est idem motus: responsum fuit in questione. Quando etiam arguitur quod neutrum sit bonum: de hoc visum fuit prius. ubi visum fuit que delectationes vel tristitiae sunt bone vel male. et quomodo. Quando etiam arguitur de his que secundum veritatem non sunt delectabilia: nec prosequenda sed fugienda. quod delectationes sunt magis fugiende quam tristitiae sustinende: potest dici sicut etiam divina alia ratio

dictum fuit. quod ratio bene forte procedit comparando motum fugae et motum persecutionis ad terminos a quibus sunt per se. sed non comparando eos ad terminos ad quos tendunt. imo sic bene arguitur ratio ad oppositum adducta.

Verum vicesimo quarto: Utrum delectatio sit motus? Arguitur quod sic per definitionem ipsius delectationis datam primo rhetorice: que talis est. delectatio est motus quidam anime et constitutio simul tota et sensitiva in existentem naturam. Item in decimo huius dicitur Aristoteles. quod delectatum fuisse contingit velociter vel tarde. velocitas autem et tarditas sunt proprietates motus. Item delectatio est passio quedam. sed actio et passio videntur esse quidam motus secundum Aristoteles. actio physica. Item si delectatio fiat diuisibiliter: et temporaliter ipsa est motus. sed sic est. ergo ratio maior patet. quia tunc sibi conveniret descriptio motus scilicet quod ipsa esset actus imperfectus siue actus in potentia hoc etiam patet quia destructa esset ratio propter quam Aristoteles negat eam esse motum. Ex his enim dicit eam non esse motum quia fit tota simul tota simul. minor probatur quia causa propter quam forma aliqua acquiritur temporaliter non videtur esse nisi quia ipsa est diuisibilis recipiens intensiorem et remissionem. et quia habet contrarium. utrumque autem horum convenit delectationi ideo ratio.

Item Aristoteles. concedit decimo huius delectationem esse sicut visionem. sed visio est motus. probatio quia visus movetur a visibili: et omnis sensus a sensibili ut apparet secundo de anima. sed non alio motu visus videtur moveri a visibili quam visione. ideo ratio. Oppositum dicit Aristoteles. in decimo huius expressit et satis in septimo. Notandum est sicut dictum fuit in questionibus precedentibus quod delectatio et tristitia requirunt convenientiam vel inconvenientiam obiecti. et eius presentiam vel absentiam: et ratio horum noticiam. Et certum est quod delectatio non est idem realiter quod obiecti convenientia vel inconvenientia. nec est idem quod ipsius presentia vel absentia. sed vel est idem realiter quod noticia ipsorum. vel consequitur eam inseparabiliter: quod istorum sit verum dicitur post. Notandum est secundo. quod motus si proprie capiat est actus in potentia scilicet quod in potentia. id est actus imperfectus cui tendentia ad ulteriorem perfectionem propter quod necesse est motum siue formam secundum quam aliquid dicitur moveri esse possibile. et fieri non totum simul sed temporaliter parte post parte continue. et hoc totum supponendum ex libro physicorum. Alio modo motus accipitur communiter ut se extendit ad transformationem indivisibile siue instantaneam. Tercio modo accipitur adhuc communius prout se exten-

dit ad formam iam factam sed tamen in suo conservari dependente continue ab agente suo. Adhuc quartomodo motus accipitur improprie pro inclinatio ad aliquid faciendum vel recipiendum. et sic omnis appetitus concupiscentie vel desiderii potest dici motus. sic enim dicit commentator primo physicorum quod appetitus materie prime est id quod ipsa habet de motu ad formam. et forte motus adhuc dicitur aliis modis de quibus non curamus ad presens. Deam ergo quod querere utrum delectatio sit motus quartomodo: nihil aliud est quam querere utrum ipsa sit idem quod concupiscentia vel desiderium. de quo postea inquiret. de tercio autem modo capiendi motum satis manifestum est quod Aristoteles. delectationem concederet esse motum: quia dependet continue ab obiecto delectabili: saltem apprehensio sic etiam visionem et omnem nostram cognitionem diceremus esse motum. De secundo autem modo pro quanto distinguimus a primo dicitur in alia questione. Sed de primo capiendi motum erit nunc inquirendum. Ad evidentiā primo videntur esse utrumque delectatio sit diuisibilis. 2<sup>o</sup> utrum fiat tota simul vel continue post partem. Tercio videntur esse principale questum.

De primo breviter concedendum est quod delectationes sensuales sunt quantitativiter diuisibiles ad divisionem sui subiecti. propter quod subiective sunt in potentia anime corporea et extensa. delectationes autem intellectuales istorum non sunt diuisibiles propter hoc quod intellectus et voluntas sunt potentie seipate a magnitudine sic quod non extense extensione magnitudinis. Item puto quod utrumque sunt diuisibiles in partes graduales scilicet per formam intesibilem et remissibilem dicimus diuisibilem si fuerit intensior et remittatur. omnes enim exprimimus nos aliquando magis aliquando minus delectari circa aliquod obiectum si aliquo opere. imo sepe videmus aliqua delectare nos a principio satis intense: que postmodum videntur in tedium et displicentiam. et hoc manifeste concedit Aristoteles. De secundo opposito potest dici sicut diceremus de luce lumen enim (sicut et delectatio) intendi potest et remitti. tamen corpe lucido approximato corpori illuminabili: lumen statim fit ita intensum: quantum exigit natura lucis et natura dyaphana: illorum corporum: ita quod propter moram temporalem corporis lucidi super corpus dyaphanum lumen non fit intensius quam esset prius. sic enim dicimus lumen fieri totum simul non unam partem graduales post aliam: et hoc vocamus aliquid fieri in instanti. Tamen lumen in corpore dyaphano potest temporaliter et continue intendi per hoc quod corpus lucidum intrinsece alteratur efficitur continue lucidius.

vel per hoc quod corpus diaphanum alteratum secundum eam diaphanitate sit continue purius vel diaphanum vel etiam per hoc quod corpus lucidum continue sit corpori illuminabili propinquius. Sic ergo debemus dicere quod obiecto convenienti presentato et iudicato de eius convenientia et presentia statim sequitur delectatio ita intensa quantum exigitur obiectum et iudicium et conditio appetitus ita quod propter istos motus rem tempore delectatio non intendit. et hoc apparet per experientiam. unde videmus aliquem eque intense vel intensius delectari. cum incipit accipere cibum. vel cum incipit aliquid delectabile accipere vel audire: sicut postea. et omnino quia delectatio sequitur inseparabiliter iudicium de convenientia et presentia obiecti: et a principio possumus iudicare obiectum eque conveniens vel plus quam prius: ideo sic etiam oportet esse de delectatione. sic ergo contingit delectationem fieri totam simul. non prius remissa quam intensa. quod vocamus fieri in instanti. Et hoc intendit Aristoteles in decimo huius cum dicit. videtur enim visio quidem secundum quodcumque tempus perfecta esse. non enim est indigens illius: quod in posterioribus factum perficitur ipsius speciem. tale autem videtur et delectatio totum enim quoddam est et secundum nullum tempus accipiet quisvisque delectationem cuius in primo tempore facte perficitur speciem tamen indubitante tenendum quod delectatio potest intendi et remitti temporaliter et continue per hoc quod obiectum sit conveniens vel disconveniens propinquius vel remotius: per ipsum vel corporis nostri mutationem. vel per hoc quod nos iudicando de eius convenientia vel disconvenientia magis aut minus attendimus ad obiectum. propter hoc enim bene dicit Aristoteles in decimo huius quod nullus continue delectatur quia laborat in opere illo ad quod delectatio illa consequitur. unde sicut dicit et quidem delectatur nova entia posterius autem non similiter: propter hoc quod primus per desideria inclinatus est mens: et intellexit circa ea operatur quod admodum secundum visum aspicientes: postea non fit talis operatio sed neglecta. propter quod et delectatio obscuratur. Et forte adhuc non est magis amplius determinare predicta. videlicet quia mihi videtur quod licet lumen possit fieri totum simul quantum ad totalitatem extensionis: ubi gratia si fenestra presente sole aperiat: totus aer in camera simul illuminabitur et non prius pars propinqua fenestrae quam remota: tamen totalitate intensiois lumen non perficitur totum simul neque fiet. sed prius remissa et postea continue intensius secundum quod fenestra magis aut magis aperietur. cum enim fenestra valde modicum apta est lumen in camera erit valde remissum pro-

ut quilibet experietur. et eodem modo contingeret si camera esset aperta et illuminaretur per apportationem candele. nam pars lucis candele prius obiteret hostio camere: quam tota lux. et pars lucis non eque intense illuminat sicut tota. imo quod plus est non esset inopinabile sustinere (ut mihi videtur) quod totus aer camere sumptus extensive non illuminaretur simul. sed semper pars propinquior et coram lucido directior prius quam pars remotior vel indirectior. quia exprimitur lucem aliquam sic esse debilem quod illuminare non potest nisi partes aeris propinquas sibi. et quanto lux illa augetur vel minuetur. tanto illuminaretur aerem ad maiorem vel minorem distantiam. motu constat quod quacumque potestate lucis ad illuminandum cameram data quacumque apertura fenestrae erat prius dare minorem: sic quod motus actionis fenestrae sit divisibilis in infinitum. videtur ergo quod in actione fenestrae fuit dare aliquam potestatem lucis sufficientem ad illuminandum partes aliquas in camera propinquas fenestrae. que mundum sufficiebat ad illuminandum remotas. et puto quod hoc intendebat alexander dicens omnem transmutationem esse in tempore: sed quidam latere sensus: sicut commentator recitat in sexto physicorum. Istis tamen non obstantibus: puto secundum Aristoteles et veritate dicendum esse quod lumen quantum est ex se factibile est totum simul sed instantanee: ita quod hoc sibi non repugnet ex parte sui. sed ex parte agentis aut passivi aut applicationis eorum ad invicem. nam si lucidum posset instantanee applicari perfecte corpori diaphano: lumen factum esset eque intense in quacumque parte priori temporis sicut postea: ita quod propter motum lumen non efficeret intensius plus quam ante vel post quam ante. et sic (ut puto) debemus intelligere secundum Aristoteles. quod illuminatio sit instantanea id est quod non repugnet ei ex parte luminis quod sit instantanea. quis accidat sibi successio per motum sequere ad motum in aliquo alio: et forte sic dictum est de lumine ita dicens de visione. nam visibilis ita parva pars videri potest: quod obscure videtur. et maior pars magis et clarius sive intensius videtur modo totum obiectum non simul presentatur visui sive nova presentatio fiat per actionem oculi: sive fiat per applicationem visibilis ad visum per motum eius localem aut qualitativum. Et forte quod ita esset de omni nostra cognitione vel operatione tam sensus aut intellectus: quam appetitus sensitivus aut appetitivus. nisi daretur instantia per libertatem voluntatis quam potest differre actum volendi. ideo possibile est eam nihil velle donec et postquam obiectum fuerit sufficienter et perfecte presentatum ad intensum actum producendum

hoc enim posito concedendum est quod actus intensus voluntatis potest fieri totus simul et non prius remissus quam intensus. Et hec ad prius sufficit de ista materia. scripsi enim ea ut amplius diligenter in grant. de questo autem principali videtur mihi esse dicendum quod formatum suscipientium magis et minus alique sunt quibus ex se non repugnat fieri totas simul. et quod si fiat partialiter et continue hoc est per modum sequere ad aliam mutationem continuam. cuiusmodi sunt lumen visio. delectatio. et multa talia. Alii sunt quibus ex se repugnat fieri totas simul quantumcumque ages concedere approximatum passo sufficientem. ut caliditas et frigiditas. iste enim forme per motum agentis super passum inter se continue absque alio motu quocumque passivi vel agentis diceretur. Aristoteles et verum est quod secundum priores formas non est per se motus: quia motus est generatio continua prius post partem illius perfectionis secundum quam est motus. sed illis formis non convenit per se. imo solum ratione alterius sed per modum sequere. quod earum sit generatio continua prius post partem id est rationem. tamen nullum esset inconveniens concedere quod secundum illas formas esset aliquis per accidens motus. id est mutatio continua et temporalis. sicut apparuit ex predictis et quia dictum est delectationem visionem illuminationem et multa talia esse de natura homini formatum. id est manifestum est quod secundum delectationem non est semper motus. sed per accidens possit secundum eam esse motus id est mutatio continua cui sed conveniat definitio motus data 3<sup>o</sup> physicorum sed actus in potentia secundum quod impotentia sive actus imperfectus cum processu continuo ad ulteriorem perfectionem. Ulterius notandum est quod differentia est inter delectationem sensuales et delectationem intellectuales. nam delectatio intellectualis quantum est de se per se fit sine aliquo motu corporeo. propter hoc quod intellectus vel appetitus intellectualis est virtus incorporea. delectatio autem sensualis (quia sensus est virtus corporea) fit cum quodam motu spirituum. nam apud delectationem sensuales spiritus dilatando se ad amplexandum convenientes sibi presentatum movetur ad exteriora. e converso autem apud tristitia spiritus fugientes a motu comprimuntur movendo ad interiora et ita dicendum esset quod delectatio sensualis est quodam motus non formaliter sed concomitativus. id est cum quodam motu spirituum. intellectualis autem non. Tunc ergo ad rationes respondendum est. Ad primam dicendum quod in primo rhetorice diffiniendo delectationem non capiebat Aristoteles motum per actu entis in potentia secundum quod in potentia. sed accipiebat motum contra per se extendit ad actum dependentem

ab agente suo. etiam in conservari post eius productionem. sic enim (ut dixi) dicimus aliquis et visio et intellectio esse motum. Et est sic si lumen factum in aerem vocaremus motum. quia in conservari dependet a corpore lucido. unde dicimus aliquis verbaliter candelam illuminare domum continue. quam sed continue produceret lumen. cum tamen non producat sed conservet. sic etiam obiectum delectabile vel sub ratione delectabilis apprehensum dicimus continue delectare nos. et colore obiectum visui causare visionem continue propter quod sic contra capiendum motum. dicimus lumen esse motum aeris a corpore lucido. et delectationem motum appetitus ab appetibili. et visionem motum visui a visibili. quod autem Aristoteles in dicta diffinitione delectationis sic capiebat motum. apparet per hoc quod addit et constitutio simul tota. hoc enim addit ut contra habeat nomen motus ad dictam acceptationem. Ad aliam dicendum est quod auctoritas si complete ponatur est per non bis. dicit enim quod delectatum fuisse contingit velociter. delectari autem non. et ad exponendum subdit transponere quidam ergo in delectationem velociter tarde est operari autem secundum ipsam velociter non est. dico autem delectari. unde Aristoteles ex hoc capit rationem ad probandum quod delectatio non sit motus. dicens quod omni motui. proprium esse videtur velocitas et tarditas. delectationi autem horum neutrum existit dicimus ergo quod per hec verba Aristoteles intendit quod cum delectatio sequatur aliquem motum. verbi gratia approximationem obiecti delectabilis. vel aliquid huiusmodi. contingit quo ad illum motum primo transire velociter in delectationem. sed tamen delectatio formaliter accepta non est velox neque tarda. vel intendit per transpositionem velocitatis in delectationem id est quod ex parvo motu excessivum delectari. sicut illum dicimus velociter irasci quod ex parvo motu statim irascitur. Ad aliam potest dici quod capiendum nomen passionis ut est unum predicamentum. delectatio non dicitur passio proprie. sicut nec proprie dicitur motus. tamen sicut contra potest dici motus. sic contra non est inconveniens ipsam dicere passionem dicitur etiam aliqui quod delectatio dicitur passio per nomen passionis est de tertia specie qualitatis. sic autem non oportet passionem esse motum. Alii etiam dicunt quod proprie loquendo et formaliter delectatio. ira. timor. verecundia et homini non sunt passiones. sed sunt actus quidam anime permanentis nature. sed concomitativus vel causaliter dicuntur passiones. quia sunt in corpore cause quorundam motuum spirituum vel humorum. quibus sepe videtur corpus notabiliter al-

terari. Ad aliā dictū fuit q̄ licet cōtingat delectationē p̄fici continue ⁊ t̄p̄aliter. t̄n̄ delectationi nō repugnat ex eo q̄ fiat tota simul. nec valet q̄d dicit̄ ip̄am nō h̄re cōtrariū. q̄a nō est necesse generationē delectationis a cōtraria tristitia incipere. s̄z p̄t fieri delectatio sine tristitia p̄cedente. q̄a cōsequit̄ cōprehensionē cōuenientis. que p̄t fieri sine p̄ua cōprehensioe discōuenientis. Ad aliā cōcedit̄ q̄ cōiter capiendō motū modo p̄us dicto visio p̄t dici motus ⁊ sic etiā delectatio. ⁊c̄.

